M. JOHANNIS VALENTINI MERBITZII DE VARIETATE FACIEI HUMANÆ,

Diſcurſus Phyſicus.

Appendicis loco accedunt

CARMINA FIGURATA, RABANI MAURI.

Plin. Lib. VII. Cap. I.

Immenſum æſtimatione, in facie vultuqve noſtro, cum ſint decem vel pauló plura membra, nullas duas in tot millibus hominum indiſcretas effigies exiſtere, qvod ars nulla in paucis numero præſtet affectando.

DRESDÆ,
Apud Mart. Gabrielem Hubnerum,
Ex Officina Electorali,
Typis Viduæ & Hæredum Melchioris Bergenii.
M. DC. LXXVI.

ILLUSTRI ET GENEROSISSIMO
DOMINO,
DOMINO
Gotthelff FRIEDE-
RICO à Schönberg/
DYNASTÆ
in Ober- & Nieder-Bieberstein/ Tri-
stewitz & Leubnitz/
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
ELECTORIS SAXONIÆ,
COMITI, CONSILIARIO AULICO ET AP-
PELLATIONUM, UT ET REDITUUM PRO-
VINCIALIUM PRÆFECTO SUM-
MO &c,

Domino meo & maximo Mecœnati, hu-
millima obſervantiâ æternùm co-
lendo.

QVi maximum NOMEN TUUM pagellis meis, præfixum viderit, ille maximæ certè temeritatis me incusabit, & vel fastigii dignitatum, in qvo TE publica vota & heroica virtus, singularis scilicet erga Patriam amor, & constans justitia, omnibus æqva lance per TE administrari solita, collocat, vel etiam tenuitatis meæ penitus me oblitum dicet. Nempè ego obscurus homo, ex ima literatorum plebe infimus, MAXIMI NOMINIS TUI accessu lucem aliqvam affundere contendo chartis illis, qvæ, qvod res ipsa loqvitur, plus qvam indignæ sunt, qvas

nudo

nudo adſpectu dignareris; ut adeò qvomodo ſummo imum conveniat, ipſimet mihi nondum conſtet. Eqvidem me deliqviſſe profiteor: ſed ex nimia benevolentiæ fiduciâ, cùm, qvicqvid illud delicti eſt, profectum ſit, veniâ fortè non indignum judicabitur; maximè â TE, qvi Solis inſtar, licet abjectisſima etiam aliqvid luminis ſibi poſtulent, nihil inde ſplendoris incomparabilis amittis.

Placido igitur vultu accipe, pro maximis beneficiis, qvæ injurius eſſem, ſi non æqvè calamo abſentibus & futuris, ut nunc ore præſentibus memorarem, animi devotisſimi obſidem, chartaceam hanc tabulam,

qvam in publicum obseqvii testimonium, ad aram in augustissimo GLORIÆ TUÆ fano jam suspendo.

Dabam Dresdæ ipsis Cal. Martii Anno M.DC.LXXVI.

Humillimus Cliens ad servitia paratiss.

M. Johannes Valentinus Merbitz.

PRÆ-

PRÆFATIO
ad Lectorem.

QVi Naturæ multiplici rerum varietate instructæ & exornatæ, adeoq; ipsius Mundi decoris contemplationi non nihil temporis impendendum censent, illi meo, & hauddubiè tuo qvoq; Benevole Lector, judicio, primùm in se ipsos oculos convertunt, & in homine spectabile Mundi opificium ceu compendio contemplantur. Aptissima nempè est harmonia Universi hujus cum homine, ut vel solo sui intuitu obstupefactus homo, in Architectum atq; Cosmoplasten tota mente rapiatur, haustoq; tacito qvodam divinitatis afflatu, illum colat ac veneretur & in illo confidenter conqviescat. Cor, inqvit Athanas. Kircherus, Solem exprimit, totius vitæ & motionis fontem; Cerebrum Lunam humidæ fœcunditatis matrem; Hepar Jovem blando calore omnia foventem; Splen Saturnum, totius melancholiæ sedem; Mars cistam fellis, qvippe ad expulsivam vim corroborandam à natura ordinatam; Renes, cæteræq; spermaticæ partes, Venerem, ad genialis naturæ motum promovendum, benignam fabricam; Pulmo

mo Mercurium Spiritu omnia connectentem; Stomachus deniqve Terram veluti totius receptaculum, refert. Vides, pergit, in Elementis Mundi, qvomodo qvatuor Humores qvatuor Elementis qvàm pulchrè consonent, Biliosa igni, Phlegmatica Aqvis, Aëri Sangvinea, Melancholica Terræ; ubi Venæ Fluminum ubertatem, Vesica Oceanum, Vasa Stagna & Lacus; Citata septem membra principalia, septem metallica corpora; Ossa terræ saxi-fodinas; Terra Carnem, Pili Gramina, exactissima harmonia & consensu referunt. Verbo Casp. Mantius rem exprimit:

Si Mundum totum vis noscere { Nosce te ipsum. / Γνῶθι σεαυτόν.

Hæc ipsa verò per totum corpus diffusa varietas, mirum quantum in sola facie vultuqꝫ nostro reluceat; ut ne quidem inter myriadum myriades indiscretas effigies reperire sit, iisdem licet singulæ partibus & membris sint extructæ. Taceam motuum animi & inclinationum diversitatem, qvam omnem sola facies nostra prodit, commodùm ob id Andreæ Laurentio animi imago dicta. Namqvè in superciliis superbia, in genis pudor, in fronte sapientia, in vultu pulchritudo, in mento honestas inhabitant. Hác solâ

sup-

ſupplices, hilares, triſtes, erecti ſumus; hæc ſexũ, ætatem, pulchritudinem, ſtirpem & totius temperiem indicat. Quemadmndum igitur juſſu Creatoris noſtri erectos ad ſidera vultus tollimus; ita cœli ad inſtar. unica facies, quæ præ omnibus ſpectanda viſum primùm percellit, oculos omnium commovet, allicitquè. Quidmirum igitur, ſi & me commotum videas, & ſubciſivis horis, animi exhilarandi, ac temporis fallendi cauſa, facierum ſpectatorem eſſe deprehendas. Accipe igitur æquo animo, de varietate faciei humanæ, qua de nihil, vel pauca admodum mandata literis, pagellas noſtras, & ſi quid in illis eſt, quod deſiderium & expectationem tuam non penitus fruſtravit, ſtudiis noſtris favere perge. Vale.

Pereximio ac Eruditè Docto

DOMINO

M. JOHANNI VALENTINO

MERBITZIO,

SS. Theol. Cultori felicissimo, olim Discipulo, nunc Amico dilectissimo

SALUTEM.


TOt tibi, MERBITZI, cœlo det prospera JOVA,
Vertere qvot vicibus disticha bina potes.
Sit *Ver*, *Sol*, *Ros*, *Flos*, *Lac*, *Mel*, *Far*, *Sal* simul *Ars*, *Dos*,
Pax, *Grex*, *Lex*, *Mens*, *Frons*, *Cor* tibi *Voxq́;* diu.
Ast *Seps*, *Gryps*, *Strix*, *Scops*, *Bos*, *Sus*, *Mus*, *Lynx* procul hinc, *Glis*,
Ix, *Trox*, *Ses*, *Cis*, *Thrips*, *Ipsq́;* *Midasq́;* fiet.

P.

PHILOGENEUS.

Dc


I.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.
pag. 22


A
B
C
D
E
F
G
H
pag: 36.
I.
II.
III.
IIII.
V.
VI.
VII.
VIII.

DE
VARIETATE FACIEI HUMANÆ DISCURSUS.

I.

QVi ab ornatu & innumera rerum varietate hoc universum Cosmon, Mundum appellatum volunt, illi non immerito Microcosmum, Parvum-Mundum nuncupabunt hominem.

II.

Qvam enim gremio fovet Macrocosmus, & ambitu suo rerum creatarum varietatem complectitur, eam omnem Microcosmus homo, non imitatur, sed superat, ut rectè homo omnia dici qveat.

III.

Numerum ferè inire liceat curiosis rerum scriptoribus, eorum etiam, qvæ ab omni mole corporea libera esse voluit liberrimus Creator.

IV.

In corporibus autem qvæ ſunt ortus & occaſus neſcia, ut ornatisſima varietate lætum in ſui admiratione ſpectatorem detinent, ita qværere, niſi ingratos, jubent, qvæ & qvot ſint, qvæ ſitu, magnitudine, motu & modis aliis differentia contemplamur tàm jucundè, ut expleri contemplando nullo tempore qveamus.

V.

Et qvamvis arduum ſit, qvæ infra Lunam verſantur pallidam, qvæqve in ſuo Regno, & omnem eorum varietatem cognoſcere aggredi, tamen invenies qvos & iſte labor, vel eorum judicio ſuperabilis fatigat.

VI.

Hinc præter commnnia rerum principia, Metalla & Lapides inter ſe diſtantes, Arbores diſcrepantes atqve Frutices, Fructus & Herbas differentes immò & genera cicurum ferarumqve Beſtiarum, aëreorum etiam pictas varietates, qvin & qvæ Fluminibus & Mari occultantur, dinumerare audies.

VII.

Hominem autem: Qvis unqvam hominum auſus eſt?

VIII.

VIII.

Omitto omnem varietatem, qvam Membra & partes omnium ingeniosissimæ fabricæ, Vox, Lingva, Affectus, Incessus, Studia, Facta, Mores, Ætates, Loci natales, & qvæ sunt ejus generis faciunt: Saltem eam noto ex lineamentorum faciei discrimine enatam.

IX.

Sed, qvis animo complecti possit innumerum numerum, qvi ipsam arenæ summam, si vel à centro Mundi ad Lunæ usqve concavum, nil nisi minutissima corpuscula numeraveris, multùm superat.

X.

Nam qvod proverbio dici svevit hactenus; Qvot capita tot sensus, id verius jam dixerim: Qvot capita, tot facies, nullæ in tot myriadum millibus duæ indiscretæ.

XI.

Eqvidem observatam esse aliqvando insignem facierum similitudinem, & Veterum monumenta docent, & Recentium probant testimonia. Omnimodam autem fuisse atqve absolutissimam, qvam reqvirimus, ipsimet illius Ciceronis de Serviliis suis memores, facilè negaverint.

XII.

Unde verò tam latè patens, & incredibile discrimen facierum, qværis? Dicam qvod sentio. Ex instituto Dei liberrime agentis, Natura obstetricante phantasiâ matris membra tam innumeris modis transformat, ut ex iis etiam gloria & majestas Conditoris eluceat.

XIII.

Autorem diversitatis hujus primum Deum facio, cùm ob leges Naturæ datas, tùm qvod primus varietatis ejus in Protoplastis Autor fuerit; qvos discretas habuisse imagines omninò persvasum habeo; non tam ex natura præexistentis materiæ, qvam finis in qvem creatus à Deo qvisqve fuerat.

XIV.

Naturæ autem vires, qvid nisi mirari possumus? Exponat nobis aliqvis Naturæ Protonotarius, qvomodo avi Æthiopis colorem referre potuerit nepos ex Europæis natus, ipsa matre omnem patris sui similitudinem pernegante.

XV.

Tum rerum omnium transformatrix Imaginatio, sive Efficientis causæ vim, sive necessariæ Conditionis rationem eidem tribuamus, qvid non efficit?

cit? Videmus operâ ejus tam ſtupendas metamorphoſes fieri, ut nullas Protheus in tot formas transformari poſſit, qvem ipſa polymorpha ſua transformatione non ſuperet.

XVI.

Cœli virtutes uti certæ ſibi, ita incertæ nobis penitus. Agnoſcimus influxum Aſtrorum etiam in generatione, ſed cui tale imperium, unde ſingula membra leges accipiant, qvale Nugivenduli illi Aſtrologi adſtruunt, negatum ſit.

XVII.

Membra circa qvæ hæc occupata omnia, Plinius decem aut paulò plura numerat; nos octo nominamus. Frons, Naſus, Bucca, Mala, Oculus, Labia, Mentum. Potiſſimum tamen qvod hic obſervandum nobis, ſingulorum ſunt differentiæ: Qvinqvaginta minimum vel à rudioribus attendendæ.

XVIII.

Jam cogites tecum velim, qvot modis hæ ipſam hominis faciem variare qveant naturaliter. Dico Septuagies millies m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. centenis mille, qvadringenties tricies qvater millies m. m. m. m m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. centenis mille, ſep-

 tin-

tingenties millies m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. centenis mille, centies ſeptuagies qvater millies m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. centenis mille, trecenties vicies ſex millies m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. centenis mille, nongenties nonagies octies millies m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. centenis mille, trecenties octogies millies m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. centenis mille, qvadringenties vicies ſex millies m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. centenis mille, ſexcenties ſexies millies m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. centenis mille, ſexcenties undecies millies m. m. m. m. m. m. m. m. centenis mille, qvingenties ſeptuagies ſepties millies m. m. m. m. m. m. m. m. centenis mille, qvingenties vicies qvater millies m. m. m. m. m. m. m. centenis mille, qvadringenties tricies novies millies m. m. m. m. m. m. centenis mille, octingenties tricies octies millies m. m. m. m. m. centenis mille, qvadringenties nonagies qvater millies m. m. m. m. centenis mille, trecenties ſexagies ſepties millies m. m. m. centenis mille, centies ſeptuagies qvater millies m. m. centenis mille, centies qvadragies qvater millies m. centenis mille vicibus.

XIX.

Qvem in ſtuporem non conjiciat rei novæ & inauditæ

auditæ prorſus ſpectaculum! Faciem hominis octo membris fabricatam, omni Chamæleonte mutabiliorem in tot, tamqve innumeras formas verti poſſe? Sed facilè tamen conqvieſcent mecum omnes, qvi animum pauliſper reflectere voluerint, & idem in aliis, verbo, in minimis maximum contueri.

XX.

Qvotusqvisq; igitur eſt, qvi hanc varietatem, nobis ſupra modum proficuam, Deo glorioſam, non ita perpendat, ut & majeſtatem & ſapientiam & providentiam Conditoris agnoſcat venerabundus. Qvæ omnia tum eluceſcent maximè, cum ſuam cuiq; faciem reſervaſſe Ipſum, & in priſtinas formas, ſed ineffabili cum gloria, projectos cineres collegiſſe apparebit.

ANNOTATA.

§. 1.

AB ornatu] Hoc Universum, *σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων* qvod Græcis *κόσμος* dicitur, Latini Mundum vocant. Utrumqve exactè congruit, qvod tacito qvodam consensu Latinis pariter ac Græcis, his pulchritudinem, illis ornatum notet. Ita Plinius, *qvem κόσμον Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum & nos à perfecta absolutaq; elegantiâ, mundum.* lib, II. Hist, Nat. cap. IV. Hinc eleganter Poeta canit.

Non alio mundus debebat nomine dici
Nomen ab ornatu convenienter habet.

Innum. rer. varietate] Varius & varietas de coloribus propriè dicuntur, unde & Germanorum vocem Farbe descendere arbitrantur. Qvemadmodum autem colorum societas & permistio solâ est qvâ gratiam conseqvuntur omnia, & nomen ferunt, ita non aliud magis qvam hæc qvam diximus rerum varietas pulchritudinem Universi auget. Qvare eleganter Cicero ubi omnem mundi varietatem enarravit, concludit tandem; *ut hunc hac varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus* vide ipsum in Fragmentis de Universo, editionis Gruter. p. 355. b. 62.

§. 2.

Homo omnia] Præter alios qvi Microcosmi historiam scripserunt, varietatem hanc in omnibus membris hominis admiratus R. P. F. Angelo, librum edidit cui titulum esse voluit Homo Omnia, ubi p. 182. Qvis dubitet, inqvit hominem naturæ universæ miraculum rerum propè infinitarum compendium, Divinæ menti

mentis opus abſolutisſimum admirari? *Qvicqvid mentis acie contemplamur, qvicqvid frontis oculo contuemur, in homine ſolo colligas verè Microcoſmo.*

§. 3.

Qvæ ab omni mole corporea libera] Qvæ fuerit Gentilium de Intelligentiis ſuis ſententia inſtituti noſtri ratio non permittit prolixè recitare: Qvi verò ex Scripturæ libro Angelorum eſſentiam & naturam cognitam & perſpectam habent, qvid ſtatuant videndum. Et circa numerum qvidem in eo convenire videntur, qvod maximum & nobis incertum dicant, juxta Dan. VII. verſ. 10. Millies mille miniſtrabant & myrias myriadum ſtabant coram eo; conjuncto cap. XXXII verſ. 2. Geneſ. cujus rationem reddere conatur Thomas part. I. qv. L. artic. III. *Angeli*, inqvit, *ſecundùm qvod immateriales ſubſtantiæ, ſunt in qvadam multitudine maxima, omnem materialem multitudinem excedente, qvanto enim aliqva magis perfecta, in tanto majori numero ſunt à Deo creata. Ut in corporeis attenditur exceſſus ſecundum magnitudinem; ita in incorporeis ſecundum multitudinem, jam verò incorruptibilia corpora incomparabiliter excedunt ſecundum magnitudinem corpora corruptibilia; rationabile ergò, qvod ſubſtantiæ immateriales ſecundum multitudinem excedant materialia.* Qvo paria facit Cyrill. Hieroſ. qvi apud Gerhard. Loco de Angelis Sect. XVIII. ſtatuit in extremo die plures Angelos qvam homines conſpiciendos.

Abeunt autem Scholaſtici Doctores ferè in tot partes qvot ordines atqve ſpecies inter Angelos agnoſcunt. Plurimi cum Lombardo lib. IV. diſt. X. triplicem Hierarchiam & in qvalibet Hierarchia tres ordines conſtituunt, Primam ἐπαρχίαν in qva collocant *Seraphim, Cherubim & Thronos.* Secundam μεσαρχίαν in qva conſtituunt *Dominationes, Poteſtates & Virtutes.* Tertiam ὑπαρχίαν, in qva ponunt *Principatus, Archangelos & Angelos.* Illos omnes autem Becanus & Tannerus diverſæ ſpeciei dicunt, qvi diverſi ſint ordinis, à qvibus tamen diſſentit Thomas, qvi in tam innumerabili multitudine ne duos qvidem eadem ſpecie comprehendi

prehendi docet, & *impossibile esse, dicit, duos Angelos esse unius speciei* part. I, qv. LX. artic. IV. Verùm enim verò ut pleraqve qvæ de Angelis proponunt ita hæc etiam, ita comparata sunt, ut subtilius qværantur & audacius determinentur qvam fructuosius discutiantur. Sacra scriptura de Angelis loqvitur ut communi eademqve specie, qvi ejusdem etiam omnes fuerint qvalitatis & status, omnes in veritate, ac boni conditi. Neqve etiam explicari potest qvænam sit illa differentia specifica & in qvo consistat, secundum qvam Angelus ab Angelo differat secundum speciem, si vel maximè præter necessitatem species multiplicandæ essent. Qvare veriorem meritò eorum sententiam statuimus, qvæ numericam tantum differentiam agnoscit.

Appellativa illa nomina non species, sed ordines ostendunt, qvos fide credimus, licet qvinam sint isti, & qvid differant inter se Angeli, cum Augustino Enchir. cap. LIIX. piè nos ignorare dicamus, *cum in his magis temeraria præsumtio, qvam cauta ignoratio culpanda sit.* Archangeli, throni, principatus, dominationes, potestates dicuntur ita, inqvit Conrad. Dietericus in Instit. Catechet. ad h. l. th. v. p. m. 295. non ratione præstantiæ, naturæ, qvasi alii aliis naturâ digniores, aut beatiores, aut effectione imperii sint superiores, sed ratione duntaxat dignitatis diversorum officiorum ad qvæ in imperiorum, regnorum, politiarum &c. administratione obeunda ad tempus à Deo destinantur. Qvo fine & varia ipsis nomina, nostri ratione, qvæ tamen non propria, sed appellativa tantùm, ipsis imponuntur, veluti Gabriel (*vir Deus vel Dei*) Michael (*qvis sicut Deus?*) Raphael, (*Medicina Dei.*) Vriel (*ignis Dei.*) Plura de his Angelorum nominibus, qvi cupit, adeat Calovium Syst. Theol. tom. IV. de Angelis. cap. II. pag. 52. seqq.

§. 4.

Qvæ & qvot sint.] Stellas certis classibus comprehensas veteres & inter illos Ptolomæus 1022. numeravit cujus tamen successoribus, cum non sufficere expressum modo numerum, observa-

ſervarent, augere eum placuit. Qvanqvam, qvod miror, Athanaſ. Kirchero etiam ad illum numerum, omnem ſtellarum ſiderumqve multitudinem revocare libeat, libro de Arca Noe Sect. III. cap. VII. Enimverò fruſtraneum eſſe laborem, qvi in ſtellis numerundis impenditur, ſacræ literæ indicant, & Opticorum tubi mirificè confirmant, qvorum ope plures ferè ſtellas in Aſteriſmo unico obſervare licet, qvam veteres in omni firmamento numerârunt. Taceam Galaxiam ſeu viam lacteam, qvæ ſanè non Meteorum aliqvod è fumo generatum & ſideribus attractum; qvæ erat Ariſtotelis ſententia lib. I. Meteor. Sed potius, ut Democriti verbis utar, *multarum contiguarum & collucentium conjunctus ſplendor.* Qvem ſplendidiorem reddit Galilæi ſplendidum teſtimonium; qvi, *in qvamcunq; regionem*, inqvit, in Nuncio ſider. *perſpicillum dirigas, ſtatim ſtellarum ingens freqventia ſeſe in conſpectum profert, qvarum complures, ſatis magnæ, ac valdè conſpicuæ videntur, ſed exiguarum multitudo prorſus inexplorabilis.*

Interim tamen illud pro certo habendum eſt, non eſſe ratione apparentis magnitudinis & luminis plures qvam ſex fixarum ordines, qvibus obſcuræ accedunt ac nebuloſæ, & ipſi deniqve non re, ſed nomine errantes.

§. 6.

Metalla &c.] Fidem faciunt Phyſicorum libri, qvi unum hunc ſibi laborem poſcunt. Medicis perqvam nota eſt Pharmacopœia Medico Chymica Joh. Schröderi, qvam ea varietate rerum ornatisſimam, ſi lubet, vide.

§. 8.

Faciei lineamentorum diſcrimine] Satis conſtare puto de qvo ſermo ſit; qvippe non intelligimus per faciem ipſam ſtructuram integri corporis facturamqve, ut eſt apud Plaut. Aſin. act. II. ſc. III. & Pœn. act. V. ſc. II. Virgilium lib. III. Georgic. verſ. 58. Sed notatam volumus anteriorem capitis humani partem, qvæ Græcis πρόσωπον, latinis etiam vultus dicitur. Qvanqvam

qvam etiam inter hæc duo ſatis magna ſit differentia. Vultus ſiqvidem nihil aliud eſt, qvam voluntatis judicium, qvod in facie legitur, unde & Ciceroni non ineleganter tacitus mentis ſermo dicitur, qvi pro mutatione ejus fingitur Tuſcul. qv. lib. III. p. m. 107. unde commodè à Poëtis loqvax placidus, benignus geſtuoſus &c. dicitur; cum facies contra ſit ipſa oris ſpecies ſemper eadem: Papiæ dicta; naturalis habitus & immutabilis, qvo qvisqve cognoſcitur. Hæc facies ſubjectum eſt varietatis noſtræ, de qva duo jam obſervanda veniunt; ut ſit primò *manſiva*, ſecundò *vera*.

Manſivam dico ex ſententia Philoſophi in Phyſiognomicis, qvæ eſt in ipſis faciei partibus. Unde excluditur hic ea diverſitas qvam v. g. fucus genis inductus faceret. Removetur etiam omnis vultus mutatio, qvando uti loqvuntur aliqvis vultus fingit, atqve nunc iram nunc clementiam in facie ſua qvaſi relucere facit, qvomodo Jacob de Labane dicit, qvod vultum mutaſſet, nec eſſet iſte nunc ſicut antea Geneſ. XXXI. verſ. 2. *Vera* autem dum dicitur, omnis apparens rejicitur, qvalis v. g. eſt, qvum qvis per capillos aſcititios, hodie non infreqventes, faciem ſuam mutaſſe videtur.

Utut enim aliam qvaſi formam hic nactus fuerit, tamen omnis ea varietas, qvam certe nullus negat, non eſt in ipſa facie, qvæ ſi deformis eſt, venuſtior haud erit, ſed in eo conſiſtit qvod genas & frontem verecundiæ & ſapientiæ ſedes, tegant, imo qvaſi ſublatas velint, capillamenta illa, ut adeò aliud de ea facie ſpectatori judicium formandum ſit, & frons anteà longa, lata, genæ inconcinnæ &c. nunc parva, anguſta, moderatæ &c. dicendæ ſint. Atqve ut plenius conſtet, qvid intellectum velim haud gravatim huc referes, qvæ nobis §. 18. addenda reſtant.

§. 9.

Qvi ipſam arenæ ſummam &c.] Sigiſmundus Svevius in Arithmetica ſua hiſtorica p. m. 431. ſeq. numerum qværit omni arenæ numero majorem. Diametrum terræ reſolvit in

paſſus,

passus, passus in pedes, pedes in digitos, digitos in grana papaveris & hæc ipsa in arenulas seu potius atomos; qvam summam denique in se reducit cubicè & seqventem numerum producit. 8000000000000000000000000000000000000.

Clavius autem juxta Archimedem numerum investigare docens, qvi plures unitates complectitur, qvam potest omne spatium ab imo centro terræ ad concavum Lunæ usqve arenulas, seu minutissima corpuscula, qvorum decem millia, grani papaveris magnitudinem, qvæ sanè Geometris minima est, non excedunt, hunc ponit 100000000000000000000000000000000000000 000000000000000. Vide Dan. Schvventeri Geometriam Pract. tract. II. Procem. * Qvi numerus qvomodo se habeat ad nostrum, ipsum sc. facier. humanarum, patebit infra in notis ad §. 18.

§. II.

Insignem facierum similitudinem.] Non abs re puto unum vel alterum, qvod tumultuaria nobis lectio reliqvum fecit, annotasse; qvæ ipsa tamen limatiori Lectoris judicio commissa sunto. Plinio autore lib. VII. cap. XII. Antiocho Regi Syriæ è plebe qvidam, nomine Artemon, in tantum similis fuit, ut Laodice conjux Regia, necato jam Antiocho mimum per eum commendationis, regniqve successionis peregerit. Consimili usui cessit similitudo, qvæ erat in Semiramide & Ninya Regina matre & Principe filio regni hærede. Qvæ convenientia vultuum, qvanta fuerit, ex eo patet, qvod Semiramis, mortuo Rege Nino, immaturo non ausa tradere imperium, nec ipsa palam tractare, tot ac tantis gentibus, vix patienter uni viro, nedum fœminæ parituris, simulaverit se pro uxore Nini, filium, & pro fœmina puerum. Referente Justino, lib. I.

Risum debemus illi qvam Valerius Maximus lib. IX. cap. XIV. recenset oris assimilationem, Siculi cujusdam & Pro-Consulis Romani. Nam cum hic hominem illum virgis securibusqve subjectum sui qvam simillimum adverteret, diceretqve mirari se, qvapropter sui tam similis esset, cum pater suus in eam provinci-

am nunqvam acceſſiſſet. *At meus, inqvit, ille, Romam freqventer acceſſit:* joco qvidem audaciore qvam talem hominem, eo loco conſtitutum decebat, laceſſitam matris ſuæ pudicitiam, invicem ſuſpicione in matrem prætoris rejecta ultus eſt.

Geminorum certê talis faciei ſimilitudo non infreqvens eſt. Sæpe contingere videmus, qvod de Servilii geminis ſcriptum reliqvit Cicero Academ. qvæſt. lib. IV. p. m. 16. *eos* nempe *tàm ſimiles eſſe, ut internoſci façile non posſint.* Qvare magis adhuc miramur illam ſimilitudinem inter pueros, qvos eximiæ formæ pro geminis pretio perqvam charo, ducentis ſcil. ſeſtertiis. M. Antonio jam Triumviro, Turannius vendidit: Qvorum unus tamen in Aſia, alter trans Alpes erat genitus. Unde etiam cùm mira non ſit ſimilitudo in ullis eodem utero editis; diverſarum gentium natales, tam concordi figura reperiri, tanti æſtimavit Antonius, ùt non aliud in cenſu magis ex fortuna ſua duceret. de qvo Plinius lib. VII. cap. XII.

Unum adhuc præ reliqvis memorabile prætermittere non volo, qvod Henricus Stephanus & Tholoſanus de milite aliqvo commemorant: Exemplum qvale ullo ævo auditum non eſt. Ille cui nomen erat Martino Gverre patria relicta & uxore militatum abiit, atqve per octo integros annos domo abfuit, qvo interim tempore nihil de eo qviſqvam accepit. Interea temporis alius qvidam impoſtor nefarius, homo Gallus, nomine Arnoldus Tillius, fretus ingenio acri & ſubdolo, memoriâ incredibili, facundiâ ſingulari, pro vero marito ſe geſſit uxoris honeſtæ & formoſæ Bertrandæ Rolſiæ Artigatenſis. Svadentibus cognatis & amicis omnibus tandem à muliere receptus eſt Pſeudo-Martinus, donec triennio exacto, cum jam duos ex ipſo liberos peperiſſet, optimus Deus, ut oſtenderet ſe laboranti veritati ſubvenire, ne tam prodigioſum flagitium, qvod in contrariarum rationum & conjecturarum pugna atqve diſcrepantia, curiam maximè perplexam habuerat, occultum, debitis pœnis eximeretur, cum jam de rei ſummâ pronuntiandum eſſet, verum Martinum ex Hiſpania do-

mum

mum reduceret. Ibi dum demum impia fraus, ipſius qvidem Arnoldi Tillii maximo malo detecta fuit. Vide ſi placet Michaelem Neandrum qvi integram hiſtoriam ſeorſim emiſit, ubi eam refert ad annum Chriſti 1559. Plura autem qvi vult hac de materia, adeat Antonium de Torqvemada Hexaem. Colloq. I.

Omnimodam autem fuiſſe &c.] Addubitare licet, an absqve omni nota alicujus disſimilitudinis fuerit, ſimilitudo modo memorata. Videmus ſane hoc uſu venire, ut qvos nunqvam putaſſemus à nobis internoſci poſſe, eos conſvetudine adhibita tàm facile internoſcamus, ut ne minimum qvidem ſimiles eſſe videantur. Ita de Serviliis Cicero ſupra citato loco; *Non cognoſcebantur foris, at domi; non ab alienis, at à ſuis. Qvare,* addit, *ut mater geminos internoſcit conſvetudine oculorum, ſic tu internoſces, ſi aſſveveris.* Lepidum eſt, qvod in exemplum addit. *Ovorum,* inqvit, *inter ſe ſimilitudo. Tamen hoc accepimus, Deli fuiſſe complures, qvi gallinas alere permultas qvæſtus cauſà ſolerent. Hi cum ovum inſpexerant, qva id Gallina peperiſſet, conſvetudine magiſtra dicere ſolebant.*

Taceo, non rarò ſimilitudinem affingi illis, qvi reapſe disſimillimi reperiuntur, cujus præter alia exemplo habeas Pſeudo-Demetrios, Moſcoviam pesſimis modis exercentes. Loqvitur me tacente experientia, qvàm ſententiam mutet præſentium ſpectator curioſus. Nam ut in bilance pondus omne acuratè examinamus; ita omnia ſtudioſè obſervamus demum, qvando facies præſentes contueri datum eſt, & formam unius ex alterius vultu colligere debemus. Qvod ſi etiam omnis faciei fabricæ & membrorum omnium mira ſimilitudo obſervetur, tamen cum notabili oculorum varietate, qvæqve animo (qvi idem etiam ambobus haud erit) recondita prodente, conjuncta erit. Qvæ ſi ab uno alterove negligatur, facile disſimillimæ pro ſimilibus faciebus habebuntur.

§. 13.

Primus varietatis ejus in protoplaſtis autor.] Miſſam

Missam facimus antiqvorum Philosophorum commenta, qvi hominem temerè natum atqve ortum dicunt. Neqve etiam cum Thoma Evam ministerio Angelorum productam esse arbitramur; Unde facilis aliàs ab ipsa causa, majori vel minori vi prædita, omnipotentia, & finità, ad inæqvalitatem effectus, dissimilitudinem scil. ut fabricæ totius corporis, ita facierum etiam, conclusio: Sed à Deo Adamum qvidem ex gleba terræ, Evam autem ex costa viri formatam credimus.

Voluit autem Deus T. O. M. viro virile corpus esse, h. e. laboribus sustinendis aptum: Unde firmiores etiam artus nactus est, & qvæ plus roboris potius, qvam nitoris membra præ se ferrent. His vultus etiam conveniens reqvirebatur, pulcher qvidem sed à qvo omnis mollities delicata exularet, fortitudo autem, constantia, & qvæ virum maximè decet majestas reluceret. Hæc ipsa arridere etiam video Petro Laurembergio qvi Pasicompf. lib. V. cap. IV. ita. Pulchritudo virorum debet esse virilis, & robustior, non tam lubrica, qvam fœminarum. Robur corporis ac prudentia & scientia, animi, potius est à temperamento sicco, qvam sangvineo, qvod cum florido colore, & amabili membrorum svavitate non potest esse conjunctum. &c. adde, *qvod in viris pulchritudo mulierosa & effeminata index sit invaliditatis, ignaviæ & morum parum probatorum.* Ejus enim ratio esse putatur frigiditas & humiditas: ex frigiditate autem oritur membrorum tenuitas & infirmitas; ex humiditate lævitas, molitiesqve tum carnis, tum capillorum. Unde ex his tertium Physiognomiæ principium facit Schottus, Thaumaturgi Phys. part. IV. lib. VII. cap. III. dicens; *qvi sexum alterum corporis formâ referunt, eundem & moribus referunt.* Qvæ ipsa satis conveniunt illis qvæ Aristoteles refert in Physiognomicis, qvando viri faciem, confert cum forma leonis, unde, qvod tamen nostra nunc non refert, de ipso homine judicium format; qvo ipsum secutus Joh. Baptista Porta, & qvi hoc argumentum plenius persecuti sunt.

Fœminam qvod attinet, singula rem ipsi oris decorem Creatorem

torem conciliasse dixerim. Nam ut ipsa corpora fœminarum ferè minora ac infirmiora sunt quam marium, qvod in aliis etiam animalibus Philosophus de generat. lib. I, cap. XIX. observat, qvippè qvæ magis proli educandæ destinatæ, qvam aliis muneribus obeundis nascuntur; ita mollia omnia & lævia, flectentia magis ad amorem: Immò vultus ad omnem gratiam sit compositus, necesse est. Hinc si Adami faciem qvadratam Deus condidit, Evæ rotundam factam fuisse colligere liceret, qvam formam Aristoteli placet fœminæ tribuere c. l. Pardali eandem adsimilans. *Nostri pictores elegantiores*, inqvit Laurembergius c. l. *cum Adami effigiem pingunt, fuscum ferè ei colorem dant, Evæ verò albicantem. Et viros in genere omnes non tam molles & bellos pingunt, qvam mulieres. Corpus nerveum, color cutis fuscus, animus acer & ferox, non sunt mulieris, sed viri ornamenta.*

Inde natum discrimen dicas inter venustatem & pulchritudinem, qvorum hanc de viris dicere, illam fœminis tribuere malunt: Qvanqvam à bonis etiam scriptoribus promiscuè hæc vocabula usurpata videam. Svetonius tamen de Nerone cap. LI. dicit, *vultu pulchro magis quam venusto.* Qvasi pulchritudo sita sit in facie, venustas verò in vultu ad gratiam composito. Qvi vultus gratiosus si abest, qvamvis facies sit pulchra, invenusta tamen dicitur. Demùm huic thesi addas velim, qvæ infra § ultimo subjicientur.

§. 14.

Naturæ autem vires &c.] Celebris satis est *vis plastica*, forma opifex, omnipotentis Dei virtute singulis rebus quæ generatione propagantur, indita, qvam unam ferè, per totum Orbem celeberrimus Kircherus, varietatis nostræ causam facit, Artis magnæ de Luce & Umbra lib. III. cap. VIII. Reg. V. p. m. 102. Postqvam enim rationi, varietati colorum oculorum, nulli animantium præter hominem communi, assignandæ intentus, nec humorum misturæ tutò satis eam adscribi posse viderat, subjungit tandem. Nos dicimus, qvod qvi causam noverit, cur

 homi-

homines inter sese adeò diversi sint, ut vix ullus reperiri possit, qvi non ab altero varietate vultus dissideat, is certè varietatis oculorum causam qvoqve assignaturus sit, qvæ uti in humorum misturam cadere non potest, ita altioris considerationis est; & *soli plasticæ seminis vi adscribendum.* Sed qvis plasticam illam seminis vim æqvè feliciter explicare nobis ac nominare potest? Totus eqvidem in eo est ingeniosus non minus, qvam laboriosus Scriptor, Mundi subterr. tom. II. p. 335. sed nodum tamen non solvit, qvi ipsum etiam ferrum (Anatomicorum puta) Gordio multum superior, non admittit.

In camera, inqvit, obscura objectum in charta repræsentatur, si verò chartam foramini applicaveris tota specierum diffusio conturbabitur, nihilqve nisi circulus lucidus apparebit. Qvantò vero plus à foramine semoveris tabulam, tantò species imaginis evolventur amplius, usq; dum naturalem suam perfectionem nactæ fuerint. Hic certum est radios ex singulis punctis membrorum imaginis per medium radiare, & in foramine punctuali in confusè uniri. Ubi etsi ad sensum simplex lucis radius videatur, evoluta tamen aliqvantulum, non simplicem speciem, sed infinita qvadam varietate colorum insignitam, distinctis singulis partibus, sine ulla confusione dispartitis reperies.

Atqve si ulla res, pergit, incomprehensibilem illam plasticæ virtutis simplicem varietatem explicat, hæc sanè est. Dico igitur eâdem prorsus ratione in spermate contineri plasticam vim, sive formæ opificem, sicuti species colorum in aëre. Semen enim in uterum mulieris ceu in locum radiationi prolificæ naturalem profusum, ibi materia qvidem simplex ac homogenea secundùm sensum involutum, naturali tamen vasis calore, promovente radiatione sua paulatim incipit evolvi, atqve per hujusmodi ideas & rationes spermaticas, partes incipiunt differre, & membra distingvi, & à se distare.

Sicuti igitur in uno foraminis puncto, omnes species visibiles virtute continentur, evolutæ tamen, figuram, situm, colores

lores ſingulorum membrorum diſtingvunt ; ita prorſus ſe habet plaſtica in ſpermate virtus. Radii enim alii, qvia longiores, extimam ſuperficiem pertingunt, alii ſubitò ab exortu finiunt, alii ſuperficie ſphærica, alii plana, alii aliter terminantur, *ex qvò omnis varietas in fœtum redundat.* Cui ignota eſt camera hæc, videat ſi placet iconiſmum & exemplum qvibus hæc ipſa uberiùs demonſtrare annititur.

Mihi tamen ſcrupulum non tollit : Siqvidem non tam de ordine & radiationis modo ſum ſollicitus, qvi ſatis conſtat, & hoc ſimile non ineleganter tradit. Qvod v. g. membra omnia, & omnium varietates lateant in ſemine, ad ſenſum homogeneis, in ſe verò conſiderato, heterogeneis partibus conſtante, ceu ſimplici lucis radio nondum evoluto, in foraminis puncto, unde paulatim incipiunt evolvi, & non minus, ut ibi colorum ſpecies, diſtingvi. Ut adeò ante aliorum exortum cor, ceu inſtrumentum vitale, deinde cerebrum, poſt hoc jecur, tum pulmo & ſtomachus, ſua ſenſim lineamenta oſtendant. Sed, qvæ effectus hujus cauſa proxima ſit, qværo ? qvid eſt, qvo virtus illa plaſtica conſtat, & qvaſi lumen, in uterum materum projecto ſemine, accenditur; qvo qvaſi ex centro ſuo, luce ſcil. ſimplici, radios omnes mittere ſemen qveat; de qvo maximè diſcrepantes Autorum ſententias reperio ?

Ego tamen in tricis iſtis non morabor, ſed potius, qvæ ſit mea opinio, paucis oſtendam. Certum eſt, omnes actiones eſſe ab aliqvo principio ; Unde & incrementa illa ſeminis in utero qvæ indubitata ſunt, ſuas cauſas præſupponunt. Qvæ qvùm ab externa proficiſci non poſſint, & calor uteri vel optimè diſpoſiti, mirandæ ſtructuræ ſit inſufficiens, non aliò qvam ad tritum iſtud recurrendum : *forma dat operari.* Forma autem illa in ſemine, qvid eſt niſi anima, cujus qvalitas, qva mediante agit, eſt hæc ipſa, ut loqvi amant, plaſtica vis, ſeu formatrix virtus ? Hæc, qvod vel nomen dicit, non alii intenta, qvam fabricæ & formæ ſpeciei ſuæ convenienti : Qvod etiam in jam natis patet, ubi

 den-

dentes magna ſolertiâ exſtruit, ſiet in ulcere caro & cuticula reſtituenda, damna reparat. An ſibi relicta producat fœtum parentibus ſimilem, non ambigo; ſiqvidem *ſemen ſimile gignat ejus cujus eſt ſemen.* Atqve cum miſceantur mariti & uxoris ſemina, non poſſunt nou diverſæ formæ, liceat ita loqvi, ſpecies, prodire. Hinc illud membrum patri, iſtud matri, ſimile videas; Qvod non de facie ſolum, ſed integro inſimul corpore intelligas.

Cm verô maximæ ſint imaginationis vires, phantaſia vehemens & diuturna, ſpecies fortè conceptas imprimit, tum ſpiritui, qvi virtutis eſt formatricis inſtrumentum, tùm ſangvini, qvi fœtus eſt alimentum, ac materies: Undè facies ab utroqve parentum planè diverſæ producuntur. Plura de hoc argumento qvi vult, inveniet apud Jo. Marcum Marci, in Ideis operatric. qvem tantoperè laudat Kircherus, de Luce & umbra ſupra c. l. & Thomam Fienum de Form. fœtus. qvo nemo adhuc, judicio Thomæ Bartholini in Act. Medic-Philoſophicis, hoc argumentum plenius perſecutus eſt. Qvibus addes Ant. Deuſingii Geneſin Microcoſmi, Gerardi Joan. Voſſii de Idololatria librum III. cap. XXII. Georgii Phil. Harsdörfferi ſpeculum Hiſtor. hiſt. VI. &c.

Avi Æthiopis colorem &c.] Lego hanc hiſtoriam apud Plinium Hiſt. Nat. lib. VII. cap. XII. & AriſtotelemHiſt. Animal. lib. VII. cap. VI. qvi uno ore commemorant adulterium Europeæ cum Æthiope commiſſum, ex qvo filia ſuſcepta, qvæ colorem patris non retulit; filius autem, qvi natus ex hac eſt, is avum Æthiopem regeneravit. Huc referes ea nativa qvarundam familiarum inſignia, qvæ mera naturæ opera habentur. Ita Seleuci filii nepotesqve anchoram in femore expreſſam habebant, veluti notam generis naturalem, teſte Juſtino lib. XV. Daci in brachio certum aliud qvoddam generis ſui inſigne, ad qvartum usqve partum oſtendiſſe perhibentur, apud Plinium lib. VII. cap. XI. Bergami qvoqve juxta Hiſt. Venet. in Coleo-

num

num familia, qvam unus maximè illustravit Bartholomæus ille, cujus adhuc Venetiis ad DD. Johannis & Pauli, erecta visitur statua eqvestris, qvibus peculiare fuit, tribus plerumqve mares nasci testiculis, ob qvod adhuc ejus familiæ symbolum tribus nigris testiculis notatum, atqve insignitum dicitur.

Hæc Draudius ad Solinum cap. III. p. m. 239. ad singularem qvandam vim referret & à Plastica & Imaginatrice distinctam, imis parentum visceribus latentem, qvæ cum in eis diu latuerit nonnunqvam se occultæ alicujus occasionis vi expromit. *Latet*, pergit, *in semine occulta qvædam vis qvæ in sobolem derivatur.* Qvo ferè fit, ut peculiaribus notis singulæ nationes, imò singulæ ferè familiæ dignoscantur. *Qvin & nævos & cicatrices parentum in filiis haud rarò animadvertimus.* Verum delitescere hanc vim & nos malumus, qvam eidem ineptâ opinionum ac præsumtionum vi, vim inferre.

§. 15.

Sive efficientis causæ &c.] Phantasiam directè in fœtum agere negat Ath. Kircherus, in Arte Magnetica lib. III. de magnet. imaginat. p. 567. Ob indissolubilem tamen corporis & animæ nexum consensumqve matris ad fœtum, una cum matre vita viventem ; fœtus, ait, cœco qvodam naturæ ductu & impetu, qvoad potest Phantasiæ matris se conformare appetit. *Unde non efficientis causæ, sed necessariæ conditionis rationem habet.* Hunc mutuum nexum & consensum, qvi est inter fœtum & matrem, suo modo, per experimentum statuæ magneticæ, demonstrare contendit, qvo B. L. remissum volo.

Qvid non efficit] Kircherus, ubi plasticæ vires tradit, qvo de supra §. 14. non immeritò qværit, si, qvod nemo sanæ mentis negat, ipsa fœtum formet, unde sit hæc tanta varietas. Nam si plastica vis evolveret species membrorum in spermate latentes, infallibili proportione seqveretur, omnes homines in delineatione corporum, cœterisqve affectionibus, similes

 fore.

fore. Qvod tamen, tantum abest, ut sint, ut ne inter millena hominum millia, inveniantur duo, per omnia similes, *In homine, qvis non miratur vultuum varietatem* &c. ? Dicit igitur, non in solam plasticam vim, hanc tantam rerum varietatem, conjiciendam esse, sed in *imaginationes*, ac versatilis ingenii humani perpetuum motum in parentibus, dum se cognoscunt vigentem, *qva* veluti radiatione sua dispositam attingentes materiam *eidem imprimunt eam qvam diximus varietatem.*

Qvæ totidem verbis legere est Artis de Luce & Umbra libro II. part. I. cap. X. p. 152. Ubi de radiatione virtutis plasticæ seu formatricis in semine, & libro III. cap. VIII. Reg. V. ubi; Nos igitur eam varietatem contingere asserimus, qvod vir & mulier, dum se cognoscunt vago sint animo, & prout phantasmata utriusqve varia & diversa sunt, ita qvoqve conceptus sub illis imaginationibus varii & diversi figurantur. Etsi enim ex mistura humorum subinde contingat, *ut plurimum tamen ab imaginatione parentum tempore coitus, & ex plastica vi originem suam habet.*

Qvo ipso secutus est Aristotelem qvi Probl. sect. X. qv. XII. ; Qvod homo non æqve faciem parenti similem habeat, vel qvod homo vago varioqve plurimum animo est in coitu, *prout autem pater materve in conceptu affecti fuerint, ita partus evariat.* Cum qvo consentit Plinii testimonium qvod habet lib. VII. cap. XII. Cogitatio animum subitò transvolans, effingere similitudinem, aut miscere existimatur. Ideoqve plures in homine, qvam in cœteris omnibus animalibus differentiæ. *Qvoniam velocitas cogitationem, animiq; celeritas & ingenii varietas, multiformes notas imprimit.* Qvæ, sua etiam facere video Mizaldum, centuria IV. aphor. XLIIX. & admittere Vossium de orig. progr. Idolol. lib. III. cap. XXII. Inde nata pessima consvetudo est, nonnullis observata, qvam, qvod memini, gravi animadversione Deus aliqvando ultus est, qvod pariturae pulchros infantes, venustè pictas imagines adspiciant & mente agitent sedulò. De qvo audiendi versus Oppiani

Illo

Illo solent etiam sæpè usurpari Lacones,
Dum uxores cernunt utero catulire tumenti,
Eximiè pictas tabulas & splendida ponunt.
Dum tabulas lustrant oculis formasq; venustas
Attractæ pariunt formosas ore Laænæ.

Ex hac impresſione etiam, qvod obiter notaſſe juvat, corvi, vulpes, urſi, lepores &c. in borealiſſimis plagis, ex continuo ſcil. nivium albicantium aſpectu, imaginatione adjuvante, produci omnia candida & alba Kircherus putat ; Immò hinc eſſe animalium diverſiculorum productiones, in qvorum generibus adeò ſimilia aliàs individua reperiuntur, ut vix dignoſci poſſint, & non niſi maculis colorum diſtingvi.

Videmus opera ejus] Qvam in omnem partem efficaces ſint, & penè impenetrabiles humano ingenio, imaginationis vires, experiuntur magno ſuo malo gravidæ, qvarum fixæ cogitationes, fœtum ſæpe numero ita figurant, ut cælum artificis argentum. Plena exemplis vita communis, & libelli omnes iis ſunt refertiſſimi, ut nemo planè de eo amplius dubitare posſit, & recenſendis illis optimo jure jam ſuperſedere liceat. Unicum tamen ex Kircheri Magnetiſmo imaginationis, p. 768 memorabile inter plura, ni fortè ex muſca elephas factus ſit, eò modo, qvod ſuſpicor, qvo nubibus, campis & cœteris longe disſitis rebus, imagines affingere phantaſia noſtra non infreqventer ſolet, huc transferre non gravabor. Ipſe, inqvit Kircherus, vidi in brachio cujusdam Sardi figuram Pontificis expreſſam. Figura erat mellei coloris, magnitudine hoſtiæ majoris, ac ſummum Pontificem referebat, mitra ſplendidum, dextrâ manu benedictionem dabat, alterâ ſedi innitebatur, è regione Angelus comparebat, qvi coronam capiti imponere videbatur, infra ſolium verô ad pedes draco alatus cubare ſpectabatur : Qvod purum naturæ opus examinatis diligenter circumſtantiis inveni. Tribuit autem iſtud Autor phantaſiæ matris, qvæ per fortisſimam impres-

ſionem

ſionem ejusmodi imaginis coram oculos poſitæ, id operata in fœtu fuerit.

Cœli virtutes] Multi cum Toſtato, comment. in ep. Hieronymi ad Paulinum cap. VI. p. 29. imperium aſtrorum in homines agnoſcunt, qvos eqvidem ſi intra cancellos ſe contineant non incuſamus. Qvanqvam qvod Abulenſem attinet, nec ipſi ſubſcribere ſatis tutum videatur. Qvod verò Aſtrologi, qvorum ſuperſtitio mentes corrupit, nugantur, qvi omnis vultus humani differentiæ rationem, ad ſiderum adſpectus referunt, probare non poſſumus. Contin. Collegium. Curioſ. Coll. I. evolventi patet, qvod ibi collocutorum unus ſtellas cum literis comparet, qvæ eâdem ſerie junctæ, eadem ſemper efficiunt vocabula. Qvum verò cœleſtia illa lumina, à qvibus & elementis, omnis viciſſitudo in ſublunari mundo, proficiſcitur, nunqvam bis in eadem cœli figura conſiſtant, rectè concludi putat ad negationem omnimodæ ſimilitudinis, qvippè qvæ nunqvam tam exacta ſit, qvin differentia major juxta appareat. Qvam ſi qvis amplecti velit ſententiam, modo obſervet, argumentationem eſſe à cauſa remota, inter qvam, qvod & tyrones recitant, & effectum plurima intercedunt.

Alii ſolitâ temeritate ad ſpecialisſima progrediuntur, docentes patribus filios ſimiles extare, ſi Sol in centro horoſcopi fuerit, in diurna genitura, aut Saturnus in nocturna. Eodem modo filia erit matri ſimilis, cum Luna in nocturna genitura, aut Venus in diurna, cum centro horoſcopi fuerit. Fratres inter ſe ſimiles fore, qvoties ſignificatores fuerint in communibus ſignis, ſeu bicorporeis. Nepotes autem avis ſimiles futuros, qvando ſignificator patris, junctus eſt ſignificatori filii, & ſimiliter de avia & nepte. Filios fratrum patruis, aut filias amitis ſimiles futuras, qvando genethliaca figura, ejus qvi viri pater eſt, alteri frater eundem habuerit filij & fratris ſignificatorem ; Et qvæ ſunt reliqva, qvæ recitaſſe pudet.

Ut omnia omittam, qvæ annotare eſſe facilè, unum ex Libavij

bavij tractatu de Ungvento Armario p. m. 68. addere libet, ubi talismodi effata Nugivendulorum unum ex impudentissimis esse dicit. Credidit, inqvit, vetustas, & nostri Astronomi demonstrant, totam terram cum mari ad cœli complexum instar puncti obtinere, & ex amplissimo influunt virtutes in angustissimum illud punctum, cujus qvota portio est hic vel ille homo? (*hoc vel illud faciei membrum?*) Qvi fit ergo, ut sidera promittant mihi (*huic vel illi membro*) soli, hoc vel illud, (*nasum v. g. aqvilinum, aduncum, oculos glaucos, nigros &c.*) & non potius toti illi puncto? An in me, (*nasum., oculos &c.*) solùm suam potentiam exerunt. An cum in horoscopo sit Saturnus, & parte orientis, me potius qvam Indos respicit. Soli non sufficit hemisphærium obversum illustrare, ulterius usqve ad sidera oppositæ cœli partis contendit, & his etiam lumen suppeditat. Me miserum, pergit, qvod à Saturno potius, qvam Jove respicior, nec Solis beneficio communi fruor, qvi tamen omnibus stellis est valentior. Concludit igitur trito illo: *Omnia sunt vana &c.* Qvæ sit Kircheri sententia, de animalium productione in genere considerata, ratione diversæ Zonarum Climatum & cœli positionis, qvæ in tantum transmutet species, ut ne ejusdem fuisse dicas, videre est libro de Arca Noe sect. III. cap. III. seqq.

§. 17.

Membra circa qvæ] Materia circa qvam sunt membra faciei, qvorum Plinius lib. VII. cap. I. decem vel paulò plura numerat, dicens: *Immensum æstimatione, in facie vultuq; nostro, cum sint decem vel paulo plura membra, nullas duas in tot millibus hominum indiscretas effigies existere, qvod ars nulla in paucis numero præstet affectando.* Qvæ verò sint illa decem membra, cum non videam, potius octonarium eligere placet, de qvo evidens est ratio; dum nec pauciora nec plura, etiam varietatem illam respiciant. *Frons* nempè, *Oculus*, *Nasus*, *Malum*, *Bucca*, *Labia*, *Mentum*. Tempora fortè snperadderes; qvànqvam & ea, æqj; ut oculi, qvod ex dicendis clarum erit, in eodem individuo non varient. Qvùm verò ea frontis formam & constitutionem ma-

ximam partem seqvi observem, & ex accidente tantum, ac diuturnitate temporis juxta VII. Columellæ plana in cava abeant, planè omittenda esse duxi. Cutem tamen non penitus negligendam puto: cum & ea facies easdem variare qveat, atq; hanc pulchram, illam minus decoram reddere. Pulchritudo enim corporis est partium congruentia cum qvadam coloris svavitate, juxta Augustinum de Civ. Dei lib. XXII. cap. XIX. qvi mutuasse hanc descriptionem videtur, ex IV. Ciceronis Tusc. qvæstionum, p. m. 116. Jam verò non aliam sibi coloris svavitas sedem qvam cutem postulat, qvæ juxta Andream Laurentium in Anatom. corp. humani, est polita, lucida, lib. I. cap. IV. nunc mollior, rarior atqve tenuior; modò in mollitie duritieqve media; lib. VI. cap. IV. jam porosa, nunc minus spiraculis pervia, qvæ omnia plurimum variant pro diversitate subjecti, teste Thoma Bartholini lib. I. Anat. reform. cap. II. Unde faciei candorem & claritatem restituendi, tanta puellarum cura & sollicitudo est; qvarum misertus Hieron. Cardanus, maculis tollendis & cuti decorandæ integrum caput LXV. libri XIII. de Var. Rer. impendit. Neqve enim mea refert, qvod ipse Aristoteles in alia atqve alia ætate aliam pulchritudinis rationem statuat; qvod alia sit pueri, alia juvenis, alia viri, alia senis; cum formale nostrum sit physicum; qvod transgredi nunc, constitutum nobis non est. Aliàs ipsimet Philosopho ignota non est, qvam & Cicero suppeditat, distinctio, qvæ duo facit pulchritudinis genera, qvorum in altero dignitas insit, in altero venustas. Jam de singulis seorsim.

Idem in aliis] Qvod octo membra faciei præstant idem in aliis, observare licet. Gvidonis Aretini fœtus progeniem numerosissimam qvis numerat? Certè qvot capita, qvot temporum momenta, qvibus sibi relicta illa sunt, tot mensuras vel tempora enasci vides. Sex vocum differentiæ, qvæ vulgò claves audiunt, nonne infinitatem qvandam incomprehensam obtinere videntur; ut nisi ex abdita numerorum scientia demonstrari posset, nemo sane ut id crederet, induceretur. Ex ungve leonem, & ipsum musicum variandi negocium judica ex seqvente Canone Petri Francisci Valentini, qvem integro opere non indignum judicavit Autor.

Con-



Continet is decem tempora, unam pauſam & ſeptendecim notas, & pluribus qvam bis mille modis cantari poteſt, non ſolum duabus, tribus, qvatuor, ſed & qvinq; vocibus pluries, qvam bis mille modis, & ſex vocibus, pluries qvam ter millies cantari poteſt, imò ſingula cum ſingulis combinando, meritò is in infinitam varietatem ſeſe extendit, ut decem integri Tomi ex ſola ejus innumerabili varietate adornari posſint. Vide ipſum Kircherum Symphoniurgia c. XIX. p. 402. ſeqq. Cui adde Conſectario ſecundo p. 414. ejusdem P. F. Valentini alium Canonem, qvem dicit Nodum Salomonis, Kircherus Labyrinthum, ad qvem cantandum, ſi univerſi homines in tota Italia, aut etiam Hiſpania, vel Germania aut Francia Muſici forent, minimè ſufficerent.

Tum ipſum hominis inceſſum conſidera; miraberis binarium in tantam multitudinem ſurgere, qvæ ipſum mortalium numerum attingat: ſingulos namqve æqve ex inceſſu, qvam facie dignôſcimus, Unde Cardanus qvinqve illis, qvibus homines maximè à ſe invicem diſtingvuntur, ſignis, tanqvam ſextum, inceſſum addit, dicens: *Sunt autem qvidam, qvi vel ſolo inceſſu larvati dignoſcantur.* de Var. Rer. lib. XV. cap. LXXXVI. Qvæ inceſſus varietas ipſam motus rationem ſeqvitur principaliter, qvi vel celerior vel tardior, vel etiam ex utroqve mixtus videtur, qvaſi pedes noſtri nonnihil ſibi commune velint cum pedibus Poëtarum proſodicis, vel hi, qvod eos imitentur, nomen habeant. Huc referes prudens dictum Eccleſiaſtici, cap. XIX. v. 26, 27. Ex aſpectu cognoſcitur vir, & ex obvia perſonæ ſpecie, cognoſcitur, qvi valet mente. Ornatus viri, & riſus dentium, *greſſusq; hominis* enunciant conſtitutionem ejus.

Binario monadem ſubjicies, vocis ſcilicet, varietatem, qvæ maxima qvoqve in brutis eſt, *ut* (ſunt verba Lutheri ſupra c. l.)

ipſa

ipſæ etiam aviculæ ex voce matrem agnoſcant. In hominibus autem vocis varietas, non minor eſt ipsâ varietate humanorum vultuum. Eſt alia tarda, velox, dulcis, aſpera, diſtincta, confuſa, ſtridula, acuta, gravis, baſſa, mediocris, temperata, ridicula, &c. de qvibus omnibus videndus eſt Kircherus de Luce & Umbra lib. II. part. I. cap. VIII. Ipſam autem articulatam vocem qvod concernit, qvanta ibi varietas, qvam una lingva, in tot ſoni tenores, aliter aliterqve ſeſe flectens efficit? Nam, qvod rectè contra Cardanum Jul. Cæſ. Scaliger Exercir. 259. adnotavit, nemo protenſa lingvâ ſermonem facere poteſt. Qvot qvæſo lingvæ ſunt, turris præpeditæ monumenta. Qvot in iis omnibus vocabula, ſonorum flexiones, animi ſenſa exprimentes, iisdem principiis enatæ. Eſto, non infreqventer occurrere vocabula, qvæ eadem fermè, diverſa in diverſis loqvantur lingvis, ut habet illud Joh. Ovveni lib. II. ad Mæcenates Epigram. 67.

Invenio noſtræ veneranda vocabula linguæ,
In Geneſi Bara, Menin *in Iliade*;

Bara qvippe prima vox Geneſis, Menin prima Iliadis. Bara autem Cambro-Britannice panem, Menin butyrum ſignificat: tamen hoc in genere cum Scaligero pronunciaſſe, veritati minus conſonum eſt.

Atqve hanc eandem varietatem Galenus lib. I. citante Angelo ſupra c. l. p. 58. ſeq. in venis, arteriis, muſculis, osſibus, nervis, ſubtilisſimè compoſitis, oſtendit, in qvibus nihil fruſtra, nihil redundans, nihil minus, qvam oportet, nihil non neceſſarium vel maximè expediens ad ſuum finem. Jam citatus Galenus adſeverat, oſſa in homine ſingula ad qvadraginta ſcopos ſeu reqviſitos uſus complecti; adeò ut facilè octies mille ſcopi ſeu operationes perqvam diverſæ ſolis in osſibus adducendis, explicandis, commovendis, dimovendis, conſiderari qveant. Ipſe Viringus autem aſſerere non dubitavit, qvodqve osſiculum qvantumvis exiguum functiones octoginta ſupra ducentas exercere,

cere, qvæ illius calculo universim ad qvinqvaginta sex millia excrescerent.

Musculos verò idem Galenus, longos, breves, latos angustos, crassos, tenues, rectos, curvos, acutos, obtusos, teretes, planos, angulosos; figura simplici, multiplici, alios super alios, juxta alios, in directum, in obliqvum, in transversum, stupendo prorsus artificio dispositos; qvorum beneficio singula membra, suum motum obtinent, ad 600 numerat; qvorum singuli decem scopos habent, ac proinde in nudis musculis sex millia variarum functionum, seu operationum reperire est. Tandem subdit, eadem ars circa omnia viscera existit, & omninò circa qvamlibet partem: adeò, ut si qvis structuræ scopos consideret, in aliqvot myriades eorum multitudo excrescat. Tympius in corpore humano tot membra numerari putat, qvot in anno dies, idq; non absq; singulari Numinis providentia, ut pro singulis minimum in dies singulas agat gratias cum Psalmista: *Omnia ossa mea dicent Domine qvis similis tibi?* Nonne tot miracula & multò plura, qvibus decantandis nulla ætas sufficiet.

§. 20.

Nobis proficuam Deo gloriosam.] Utrumq; non obscurè indicat B. Dannhavverus, qvando Physiognomiæ humanæ varietatem eo fine factam dicit, ut se homines invicem dignoscere possent. Nisi mortales, inqvit, certis lineamentis ac diversitate formarum distincti invicem forent, mira in convictu qvotidiano & humana societate perturbatio seqveretur. Imò nulla inter ipsos commercia fieri possent, eaq; res ingentium malorum & immanium scelerum atq; internecionis omnium esset occasio. Si neq; conjuges se mutuò discernerent, nec amicus ab hoste dignosceretur, neq; liberi parentes, nec hi filios ab externis, aut uxoribus suis ullo signo distingverent. Scelerati deniq; ac facinorosi, impunè qvidvis facerent, cum in illa communi omnium similitudine ac confusione delitescerent. Hodosoph. Christ. Phænom. 3. recent. edit. p. 302.

Qvibus adde Simonis Majoli verba Canic. Colloq. IV. Tom. I. Qvod auget hæc miracula illud est præcipuum, ut in hac tam grandi multitudine, nemo alterius vultus similitudinem præ se ferat. Est hoc præcipuum *eluceatq; mirum in modum Dei majestas, ut tot homines diversis lineamentis conspiciantur.*

Et qvod Lactantius lib. de Opificio Dei cap. VII. in genere de animantium varietate habet, hic non incommode ad ipsam facierum varietatem transferre licet. Illud verò, inqvit, „ commentum Dei mirabile, qvod una dispositio, & unus habitus innumerabiles præferat varietates. Nam in omnibus eadem series & ordo membrorum. Nec solùm membra suum tenorem ac situm in omnibus servant, sed etiam partes membrorum. Qvæ omnia cum sint eadem in omnibus, tamen infinita & multiplex diversitas figurarum est: qvod ea qvæ dixi (membra) aut productiora, aut contradictiora lineamentis variè differentibus comprehensa sunt.

Inde jam non ineptè colliges, etiam in statu integritatis futuram fuisse talem formarum discretionem, imò necessariam. Nam, ut alia taceam; qvid magis integris sanctitate conveniens erat, qvam ut liberi etiam parentes, omni filiali amore ac cultu amplecterentur, & venerarentur; cui potens remora fuisset ignorantia talis & inscitia, ex communi omnium similitudine oborta, iis, qvibus successus temporis judicium firmasse dicitur. Præterea non negligenda, qvæ ex Thoma, Jesuita Tannerus refert, Theol. Scholast. Disp. VI. de Creat. qv. V. dub. II. p. m. 1774. Corpus humanum non erat in statu integritatis totaliter exemptum à legibus naturæ, qvin ab agentibus exterioribus aliqvod commodum aut auxilium reciperet, magis vel minus, cum etiam cibis vita eorum sustentaretur. Et sic, addit, nihil prohibet dicere, qvin secundum diversam dispositionem aëris & diversum situm stellarum, aliqvi robustiores corpore generarentur, qvam alii, *& majores, & pulchriores & melius complexionati*, ita tamen, qvod

qvod in illis, qvi excederentur, nullus esset defectus, sive circa animam, sive circa corpus.

Paradisum nempè sedem Adamo datam fuisse è Mose certum est; sed qvod Adamo & posteris ejus perpetua sedes esse debuerit, ut solùm in Paradiso & non extra eum habitandum ipsis fuerit in statu integritatis, non exprimitur. Gregorio de Valentia non probabile videtur, unum illum locum capacem esse potuisse omnium hominum. Si enim post peccatum Adæ vixerunt aliqvi homines propè mille annos, qvanto tempore vixissent in statu innocentiæ, & qvam numerosam prolem edidissent? Qvomodo omnes coætanei eòdem capi potuissent? Porrò, concessit Deus hominibus dominium in omnia animantia, omnesq; herbas & fructus, non Paradisi solum, sed universæ terræ dederat iis in cibum. *Neq; dubitandum, qvin illi peragrassent orbem terræ, vidissent maria, insulas, variasq; orbis regiones, & in his admiranda Dei opera, ne hospites essent in suo imperio.* Qvo accommodat locum Es. XLV. v. 18. *Dominus fecit terram, ipse plastes ejus, non in vanum creavit eam, ut habitaretur formavit eam.* Apud Calovium System. Theol. Tom. IV. p. 435. Atqvi certum est, ipsam regionum varietatem & Climatum temperiem multùm seqvi constitutionem incolarum, qvod hodienum per diversa loca & varias gentes iter facientes optimè norunt, & testantur. Perspicuum omninò id est, Majoli judicio Canicul. Tom. I. Colloq. I. nam Hispani à Gallis atq; Germanis ob cœli Clima, externis moribus adeò differunt, ut qvod illis placeat, iis displiceat, qvod illis gloriæ eximiæ, aliis indecorum esse videatur. Ipsum autem temperamentum varium, qvidni varias etiam reddat ipsas qvoq; facies. Unde Majolus etiam c. l. ob miram Climatum mutationem non mirum videri putat, tot hominum mores, *tot formas*, tantaq; antipathia differentes.

Suam cuiqve faciem reſervaſſe] Ad Theologos qvidem magis qvam ad nos ſpectat qvæſtio; utrum in futura reſurrectione omnes omninò priſtinis formis gaviſuri ſint,&adeô ea, qvæ nunc, facierum varietas ſtatuenda ? Interim tamen æqvo eos animo laturos ſpero, ſi velut in tranſcurſu in ea, qvæ tractationis noſtræ affinia videntur, per tranſennam qvaſi conſpicienda, digitum intendam. Brevitatis autem ſtudio Te ſaltim monere debeo, ſermonem mihi non eſſe cum illis, qvi contra evidentisſima ſcripturæ dicta, ſatis præfractè atqve impiè, partes corporis noſtri organicas & eorum uſum in altera vita negant. Qvo de prolixè B. D. Joh. Gerhardus Loco de Reſurrect. Mort. cap. IV. Qvorum opinione facili negotio non tantum varietas, ſed ipſæ etiam facies penitus ſublatæ ſunt. Neqve etiam de improbis ſimul, in tartarum detrudendis, me loqvi ſcias, de qvibus dubium non eſt, ſed conſtans Scripturæ & Autorum ſententia, qvod qvales ceciderint, tales reſurrecturi ſint, niſi qvod in augmentum pœnæ incorruptibilia, æternis adeò flammis ſubjicienda corpora eorum futura ſint. Non tollentur, inqvit Bullingerus de Symb. Apoſt. Serm. IX. p. 32. b. in reſurrectione ex horum corporibus infirmitas, ignominia, corruptio & miſeria; interim verò hoc ipſum corpus, qvod reſurgit in ignominia, judicio & potentiâ Dei confirmabitur in ignominia & corruptione, adeoqve ad æterna tormenta perferenda perpetuabitur, immortaleqve & incorruptibile in morte & corruptione reddetur. Jam verò qvod de toto dicitur, non minus de omnibus & ſingulis ejus partibus intelligendum, & conſeqventer de facie qvoqve: Unde ad varietatem ejus non infirma collectio.

Dico igitur; non improbabiliter ſtatui, omnes & ſingulos in reſurrectione, facies ſuas, & priſtinas formas recepturos. Docent hoc ſcripturæ dicta, & imprimis claſſicum illud I. Cor. XV. v. 41, 42. *Alia eſt gloria Solis, & alia eſt gloria Lunæ, & alia gloria Stellarum: & ſtella excellentior eſt ſtellâ in gloria. Ita etiam*

tiam resurrectio mortuorum. Ad qvod dictum eleganter Gerhardus c. l. Th. LXXXVII. ita, Stella differt à stella non solum in qvalitate, sed etiam *in qvantitate*, videlicet in magnitudine, qvæ differentia stellarum in claritate & magnitudine, summam cœlesti corpori pulchritudinem conciliat. *Eodem modo in resurrectione & vita æterna sese rem habituram non improbabiliter statuitur.* Qvò refert Anshelmi verba in comment. ad d. l. Omnes in illa ætate & statura corporis resurgent, qvâ contingit illos ex hac vita migrare. Concludens tandem: Illud resurget qvod cecidit; atqvi mortuo infante non cecidit vir aliqvis proceræ magnitudinis, sed pusillus infans: Unde Johannes etiam vidit mortuos magnos & pusillos stare coràm Deo Apoc. XX. v. 12.

Ex qvibus colligere tutò licet: Si pusilli etiam resurrecturi sunt, infantili corpore & pusillo, infantilis etiam istis facies, senibus senilis, (intellige tamen clarificatam, qvod fide credimus) erit tribuenda. Patet jam faciei varietas; Siqvidem diversi ætatis gradus, qvin & in eodem sæpius individuo, diversam formant faciem. Unde est, qvod Augusti Cæsaris formositatem tantùm extollit Svetonius, in Aug. cap. LXXVIII. qvando ipsum fuisse dicit, formà per omnes ætatis gradus venustissimâ. Apertis verò verbis id testatur Gregorius de Valentia Tom. IV. Disp. XI. qv. III. de Resurrectione futura, puncto III. p. m. 2302. inqviens, In uno & eodem homine, dum vivit magna varietas. *Nam unus & idem homo aliter se habet cum est puer, aliter cum est juvenis, vir & senex, aliter cum ægrotat, aliter cum firmior & vegetior est.*

Huc itidem pertinent dicta qvæ agnitionem Sanctorum, cognatorum, in cœlis, docent. Ad qvam demonstrandam hoc ipso Paulino ad Corinthios utitur David Chytræus in libello suo de Vita & Morte part. I p. m. 54. & p. 216. Ea, inqvit, similitudine ex verbis Danielis sumpta, Paulus docet gradus præmiorum, & gloriæ beatorum futuros esse. Cum autem nulli gradus rerum prorsus ignotarum discerni nec ulla

 esse

esse gloria sine aliorum agnitione & celebratione possit: certè agnosci lumina illa, Patres, Prophetas, Apostolos &c. necesse erit ut à cœteris sanctis internosci qveant & distingvi. Pergit, Christus, inqvit, multos ab oriente & occidente venturos esse qvi cum Abraham, Isaac & Jacob in regnô cœlorum accumbent, seu familiariter & suaviter conversaturi, & benedictionis, patribus illis propter semen benedictum Christum promissæ participes futuri sint. Nulla autem potest esse familiaritas, sine mutua agnitione.

Atqvi si nulla erit graduum gloriæ distinctio, sine mutua agnitione; neq; hæc sine facierum varietate est statuenda. Nam ne animi dotibus, & intellectui illuminato, id tribueres, qvemadmodum Angeli, qvibus nulla facies vel membra, se invicem cognoscunt & distingvunt, obstare videtur, qvod Impiis qvoq; ea agnitio communis futura sit. Impii inqvit, Chytræus c. I. p. 55. post resurrectionem, non modo judicem Christum & Apostolos assessores, sed alios etiam pios in hac vitâ spretos ab ipsis, & derisos, videbunt cum timore horribili admirantes & præ angustia animi gementes ut Sap. V. dicitur. *Tunc stabunt justi in magna confidentia adversus eos, qvi eos angustiaverunt.* Qvi videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur subitô cernentes insperatam illorum salutem, & gementes præ angustia spiritus dicent: *Hi sunt qvos aliqvando derisimus, & opprobriis ac contumeliis affecimus. Nos stulti vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce qvomodo computati sunt inter filios Dei.* Qvod exemplum divitis epulonis Luc. XVI. v. 23. illustrat & confirmat.

Idem ostendunt exempla è sacris petita, & ipsum etiam Christi primogeniti ex mortuis, omni consolatione plenissimum. Ipsum nempe Salvatorem nostrum non aliâ, qvam semel receptâ formâ ex sepulchro suo resurrexisse constat, ex omni-

omnibus apparitionibus discipulis ejus post resurrectionem factis. Inde oculi discipulorum tenebantur, qvamdiu Christus ignotus ab illis, conversari cum iisdem volebat; qvemadmodum de discipulis Emauntem pergentihus Lucas scribit cap. XXIV. Evangelicæ enarrationis suæ, v. 16. & mox v. 31 addit, *eorum autem aperti sunt oculi, & cognoverunt eum.*

Maria qvi non agnoverit Dominum, apud Joh. cap. XX. qværi posset? Nonnulli putant Christum alienâ formâ apparuisse; apud Marloratum in Comment. ad d. l. v. 14. Ipse autem Marloratus, cum Calvino, de qvo ille ad cap. XXIV. Lucæ, v. 16. vitio alicui oculorum mulieris hallucinationem illam adscribit. Neutrum mihi placet: Cum neq; novas formas, instar Protei cujusdam, & alias subinde facies Christum assumsisse legamus, nec aciem oculorum Mariæ vi superiori hebetatam, qvo minus videndo viderit, contextus velit. Qvin potius animi perturbationibus fœminæ pientissimæ tribuendum puto. Timor namq; dolor & sexcentæ curæ, qvæ animum ejus diversè facilè trahebant, dum corpus Domini sui sacratissimum sepulcro sublatum qveritur, vix permittebant, ac ne vix qvidem, in Servatorem suum defixos habere oculos & agnoscere qvem tàm anxiè & sollicite qværitabat, & ejus adeò inveniendi ineffabili desiderio rapiebatur. Qvare huc modo, modo illuc lumina mittebat, & uno qvasi momento, vagabundis licet, atq; erroneis oculis omnia lustrabat. Hinc conversa verbo Salvatoris sui, cum scil. proprio nomine, MARIA, illam compellasset, statim intenta, eum qvi se tam familiariter compellasset, cognoscere, videt JESUM suum, pridem agnitâ sibi facie: Qvod pleno ore, omni gaudio plenissima, verbo RABBONI contestatur.

Huic sententiæ nostræ apertis verbis subscribit Calvinus apud Marlorat. c. l. & Bullingerus de Symb. Apost. Serm. IX.

p. m.

p. m. 31. Loqvitur autem ibi de transfiguratione Christi in monte facta, à qva deinde ad futuram vitam argumentatur. Eandem, inqvit, corporis substantiam retinuit Dominus, eadem corporis membra: hæc autem sunt transformata. Transformatio autem illa ostenditur fuisse in accidentiis. Accessit enim lux & splendor, *ut manente substantiâ & formâ vultus & corporis, vultus & corpus veluti sol & lumen rutilarit.* In fine verò antecedentis pag. 30. Annon ipse (Christus,) confractâ mortis tyrannide tertiâ die resurrexit ex mortuis, *& resurrexit qvidem eâdem corporis substantiâ & corporis formâ qvâ pependerat in cruce & sublatus è cruce, fuerat* sepultus? Jam cum ipso Bullingero dico. In Christum qvi dicitur primogenitus ex mortuis meritò respicimus, qvoties cogitamus, qvomodo & qvalis futura sit resurrectio carnis nostræ. *Ad eum enim modum resurgent membra, qvemadmodum resurrexit caput.*

Non inconveniens insuper puto si Te B. L. ipsum montem Thabor ascendere mecum jubeam, & Mosen ibi atqve Eliam distinctos, utiqve etiam faciebus, contueri. Eqvidem totidem verbis id Evangelistæ non notarunt, interim tamen ex conseqventi, distinctâ scil. cognitione, haud obscurè fluere videtur. Qvod autem Alph. Tostatus in Commentario suo super XVII. cap. Matthæi qv. LIII. & LIV. comminiscitur, animam scilicet Mosis solam venisse ad Christum & accepisse *corpus aliqvod aëreum*, qvod mox, ubi desiit Christo transfigurato assistere, dimiserit, sola iter in limbum sanctorum, qvippe qvæ tanqvam Spiritus non egebat ita curru, aut Angelo portatore qvomodo Elias, qvi adhuc in terrestri Paradiso erat, relegendo; id parvi facimus, nec nos moratur, qvos contrarium docet Lucas clarissimis verbis; ὅιτινες ἦσαν μωσῆς καὶ ἠλίας. *Qvi erant Moses & Elias.*

Taceam, qvod Matthæus XXVII. capite enarrat. *Et monumenta aperta sunt, & multa corpora dormientium sanctorum excitata*

citata

citata sunt. Et exeuntes de monumentis post excitationem ejus, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis. Non unus singulis apparuit; sed de multis dicit, apparuerunt multis: Quanquam nec illud velim excludere; ex multis illis, singulos forte, vel saltem aliqvos, multos excitatos vidisse. Certe nisi notabili formarum varietate distincti fuissent illi, qvi surrexerant, pro reiteratis potius apparitionibus, unius individui resuscitati, Apostoli, & qui fortè eos conspexerunt, habuissent.

Tandem præclarum est Iustini testimonium in qq. & resp. qv. LX. p. 331. Gerhardo etiam citatum: Qui ad ingentem, inquit, & divinam cognitionem commonstrandam facere, (varietatem facierum) qvi in tanta multitudine, numerum omnem excellente, suam cuiqve posit reservare faciem. Deinde verò, ne existimetur novos creare homines, & non resuscitare defunctos, *resurgentium qvisq; suam obtinebit faciem.* Præterea, pergit, si usu & indigentiâ sublatâ, cujus gratiâ formarum discrimen necessarium fuit, discrimen ipsum supervacaneum & inutile reperitur, supervacanea qvoqve & inutilis fuerit nominum discretio. Quomodo ergo Abrahamum Dives & Lazarum de nomine compellat, cùm ex nominum discrimine vultus non dignoscatur.

Hujus quoqve sententiæ Origenes fuisse videtur, qui licet negaverit, corpora resuscitata partes organicas habitura esse; & adeò carne & ossibus ea caritura dixerit, teste Gerhardo c. l. Th. LXXXV. tamen in corpore isto spirituali, qvod sibi format, ipsum *characterem qui nunc in hoc habetur* conservari putat, *qvô unusqvisq; etiam secundum formam idem sit*, referente Dieterico in Inst. Catechet. de Resurrect. § 9.

Quod totidem verbis habet Bulling. c. l. qvando p. 31. Liberabitur ergo in resurrectione corpus nostrum ab omni affectione prava & passibili: ab omni corruptione: non autem annihilabitur ejus substantia, non convertetur in spiritum, *non erit à suâ figura alienum.*

Nemini autem ſcrupulum injiciat, quod communiter Doctores Eccleſiæ, de corporibus & conſequenter de faciebus beatorum ſtatuunt; abſuturam nempe in iis in altera vita, omnem maculam, omnem deformitatem. Unde ferè de Prototypo aliqvo, cui conformandæ esſent noſtræ facies, ſollicitus qvis eſſe poſſet. Quemadmodum Auguſtinus de ætate & ſtatura ſtatuit, nec in illa differentiam agnoſcit, qvum motus illo Apoſtoli, ad Epheſ. IV. v. 13. *Donec perveniamus in virum adultum, ad menſuram plenæ ſtaturæ Chriſti*, lib. XXII. de Civ. DEi cap. XV. ita ſcribit. Reſtat ergò ut ſuam recipiat quisqve menſuram, quam vel habuit in juventute, etiamſi ſenex eſt mortuus, vel fuerat habiturus ſi ante eſt defunctus. Quo referenda etiam verba Enchir. cap. LXXXV. Quis negare audeat, etiamſi affirmare non audeat, id acturam eſſe reſurrectionem, ut quicquid formæ defuit, impleatur? Atque ita non deſit perfectio, qvæ accesſura erat tempore, ut neque in eis, quod aptum & congruum dies allaturi fuerant, natura fraudetur, neque in eo, quod adverſum atqve contrarium dies attulerant, natura turpetur, ſed integretur quod non erat integrum, ſicuti inſtaurabitur, quod erat vitiatum. Pulchritudo namque ut ſupra diximus, nihil aliud eſt, qvam partium congruentia, cum qvadam coloris ſvavitate. Jam verò diverſæ etiam facies ſymmetræ, ſingulæ ad ſuum corpus exſiſtere posſunt, nec quicquam repugnat varietati pulchritudo. Taceam in multis vix paucos reperiri, qui mentem à ſenſibus avocare valent, & animum à conſvetudine posſunt abducere. Unde ſæpius vitia etiam jucunda eſſe, & ipſos nævos in articulo Alcæum delectare videas, *at eſt corporis macula nævus, illi tamen hoc lumen videbatur.* Cic. de Nat. Deor. l. 1. p. m. 144.

De enormibus igitur naturæ erroribus & cum notabili qualitate, tum in accesſione vel defectu membri disconvenientis vel convenientis, conſpicuis, hic intellectum volo, qvod cap. XIX. de Civit. DEi, Aguſtinus dicit: Abfuturam tunc omnem corporis, & ita etiam faciei deformitatem, quam facit incongruentia partium

Qvas agmen apostoli &c.

qvi versus adeò *35.* cum constare debeat, triginta sex literis conflatus est. Ita, ut si parallelis transversalibus lineis, vel inde factis qvadraturis includerentur singulæ, figuræ istæ sua sponte, ex combinatione literarum conspicuas sese redderent. Inde dandum hoc est Rabano, si in lectione carminum qvædam aliqvantulum obscura deprehendas, siqvidem nimium ligata ea est oratio, & adeò cùm in verbis tùm literis nonnihil observandum. *Tmesi* vel grammatica sectione si versum 2. fig. III. liberaveris, leges ita:

Qva sacro ordine verè fluit summa ubertas.

cujus neglectio á mente Autoris planè aberrare fecit Martinium, qvi in Lexico Philologico sub voce *rhythmus*, cùm vel ipse, vel iste ex qvo hausit ille, non videret, qvid barbarâ voce *bertas* faciendum sit, substituit ejus loco nomen *virtus*, ita scribens:

Qva summa vere sacro u *fluit ordine virtus.*

taceam in incerto penitus adhuc esse illi, qvid litera *u* sibi velit. Similiter fig. VIII. in versu à sinistra posito per *Tmesin* legimus

Forti sed in dextro cornu fert spicula *tudo*.

Qvandoq; integram syllabam, qvam qvidem metrum admittit, sed numerus exulare jubet, abjicit, qvam, versum legens, signo hoc (:) commonefactus restitues, ut fig. I. versu *17*,

Nupta canit triviis levibus ventat mare ludus.

eandem ob causam sæpius literis tribus *xri* vocabulum Christi notat, & unam eandemq; literam geminum usum

præstare

præstare & duobus vocabulis communem esse iubet, qvale qvid videre est fig. IV. lin. 1. in litera s. qvæ antecedenti affigenda & seqventi præfigenda est;

Christus Salvator &c.

Defectum supplet vel per *Diplasiasmum*, ut fig. VII. lin. 7. à fine;

Vellit rite dic hoc &c.

vel etiam resolutione duplicis in suas simplices, ut fig. IV. lin. 15. x, in c. s.

Ecsortum lucis &c.

qvæ & similia, omnes, me facilè perspicaciores, observare possunt.

FINIS.

Errata.

In Discursu §. XV. lin. 5. lege nullus Proteus.
p. 1. l. 2. l. τέτοις.
ibid. lin. 15. l. sola.
p. 4. l. 5. l. numerandis.
p. 9. l. 1. l. Missa.
p. 12. l. 19. l. maternum.
p. 14. l. 21. l. conformare.
p. 15. l. 8. à fine l. cogitationum.
p. 16. l. 1. l. illa. &c. usurpare.
ibid. l. 10. l. diversicolorum.
p. 17. l. ult. l. esset.
p. 24. l. à fine 9. l. Unicum.
p. 32. l. à f. 4. l. suam.
p. 54. l. à f. 3. l. qvæ.
p. 59. l. 15. l. contractiora.
p. 61. l. penult. l. futuros.
Reliqva qvæ sunt, candori tuo commissa sunto.

Atqve ut ſenſum horum verſuum felicius percipias; te ſcire velim, integrum opus Rabani in honorem S. Crucis conſcriptum eſſe, unde & ſingula carmina figuram crucis referre voluit, qvam pictæ tibi literæ, qvas utcunq; licuit expreſſimus, oſtendunt. Eas ſi in unum collegeris, novos denuô, ex intermediis literis, verſus prodire miraberis. Et qvidem

Fig. I.

Te Geneſis *crux alma beat tua munera laudat*
Exodus *atq; canit tranſitus carmen amore*
Jura Sacerdotis Leviticus *optimè pſallit*
Aſt Numerus *cantat magnalia mira triumphi*
Nam Devternomium *renovantis gaudia dicit.*

Fig. II,

Fortis complevit Chriſtus ſua famina *virtus*
Victor conſignans Jeſus pia proemia *clarus.*

Fig. III.

Forma ſacrata crucis venerando fulget amictu
Magnus veſtit honor laetus loqvor hoc nationi
Corporis ergo ſacri conſtructio in arte beata
E numero radians qva intus probat uſſe beate
Nunc canam & exorans Ieſum abdere & uda piarē
Vera ſalus iſta eſt benedictio ſancta ſalutis
In toto ipſe manens tenet ipſeqve vivit in omnī
Fons bonitatis amor pietasq; redemptio vera.

Fig. IV.

In cruce nunc menſes venti duodenaq; ſigna.

 Grex

um, aut ideo qvia offendit, qvia parvum eſt, aut ideo, qvia nimium, Proinde, qvæ prava ſunt corrigentur; & quod minus eſt, quam decet, unde Creator novit, ſupplebitur; & qvod plus eſt, qvam decet, materiæ ſervatâ integritate detrahetur. Declarat rem per ſimilia. Veluti, inquit, ſi de limo vas fieret, qvod rurſus in eundẽ limum redactum totũ de toto iterũ fieret, non eſſet neceſſe, ut illa pars limi, quæ in anſa fuerat, ad anſam rediret, aut quæ fundum fecerat, ipſa turſus faceret fundum; Dum tamen totum reverteretur in totum, i.e. totus ille limus in totum vas, nulla ſui perditâ parte ramaneret. Et paulò pòſt. Si ſtatuam poteſt artifex homo, qvam propter aliqvam cauſam deformem fecerat, conflare & pulcherrimam reddere, ita, ut nihil inde ſubſtantiæ, ſed ſola deformitas pereat, ac ſi quid in illa priore figura indecenter extabat, nec parilitati partium congruebat, non de toto unde fecerat, amputare, atqve ſeparare, ſed ita conſpergere univerſa atqve immiſcere, ut nec fœditatem, faciat, nec minuat qvantitatem: Quid de omnipotente opifice ſentiendum eſt? Ergone non poterit qvasqve deformitates humanorum corporum (*facierum*) non modo uſitatas, verum etiam raras, atqve monſtroſas, qvæ huic miſeræ vitæ congruunt, abhorrent autem ab illa futura felicitate ſanctorum, ſic auferre ac perdere.

Atq; hæc ipſa facierum varietas, uti perfectioni gloriæ & lætitiæ Electorum nihil quicqvam derogat, ita ſapientiam & providentiam Patris noſtri cœleſtis mirificè oſtendet. Quemadmodum enim peritus hortulanus, cujusvis generis herbis, floribus & arboribus hortum ſuum condecorat, è qvo maximus iſti ſplendor accedit, & perpetuum cultum, curasqve agricultoris indefeſsas animadvertimus; ita triumphantis Eccleſiæ cœtu, ceu plantis æterno vigore vernantibus, & eâ ipſa varietate ornatisſimis, ſvavisſimis, cœleſtem Paradiſum DEus exornabit, & ſapientiam, majeſtatem, amoremqve ergà genus humanum teſtatum faciet. Quo collimant Anshelmi verba in Comm. I. Cor. XV. à Gerhardo c. I.

E. I. addita: Cùm ſit delectabile, pueros ſenibus mixtos, viris mulieres, longis breves junctos cernere, credibile eſt, multò delectabilius eſse, ibi ſingulis ætatibus, ſingulis menſuris, (*formis*) utrumque ſexum, virorum & mulierum conſpicere, ſicut hic delectabile eſt, diverſas voces in organis vel fidibus audire, unde magis credendum eſt, omnes in illa ætate & in illa menſura (*faciei forma*) conſurgere & ibi apparere, in qva contingit eos hinc migrare.

Nos Jeſum Chriſtum Victorem mortis, & vitæ Ducem ardentisſimis precibus veneramur, ut in firma fiducia in reſurrectionem ſuam nos conſervet, ut qvum ea ſpe plenisſimi miſerias has exierimus, è terræ pulvere aliquando ſuſcitatos ad reſurrectionem vitæ producat, qvo & nos pelle, hâc noſtrâ circumdati in carne noſtra videamus Deum: cui Patri, Filio & Spiritui S. ſit laus honor & gloria in æternum

AMEN.

Qvum ſupra pag. 32. mentio facta fuerit Carminis Rabani figurati, nec operis ejus copia omnibus ſit, qvi eo genere ſcripturæ delectantur, misſis viginti, qvæ inſuper compoſuit VIII. coronidis loco hic adjicere viſum fuit, & ſunt qvæ ſeqvuntur.

Te

Te pater alme poli doctorem carmine in iſto
Rectoremqve voto felicibus annue coeptis
Tu pius et clemens ſenſum dans verbaq; caſto
Ut tua qvid prima ſignet lex pandere poſſim
Ad crucis aeternam laudem legisq; ſecundae
Jus demonſtrandum vota ritus qve perennes
Cum primum haec ri tegene raciom axima rerũ
Exorta eſt ex invi ſis cru cis alma refulſit
Gloria cum donolu x almab eavit & arva haec
Cuncta ſimul recr eat trĩa q; nunc dextera xrs
Et vera lucis dans muncra cum cruce ſaeclis
Nam geneſis vitae laudat mirabile lign: hoc
Inter cuncta fuit plantatum qvod paradiſo
Hoc patri atq; iſac vexit multandus ad altar
Orat et exodus hoc jura ſa tis aſt num erorum
Eveher atqve c u i a cerdot ium erus ca nitore
Nupta c an it tr i v i is levi b: ve ntat ma re lud:
Udat tr an ſitu hos ticus o bma gnalia cantat
Et pleb s carmc neio ptime p ur e mira tr ophaea
Laudẽ i n amore dn. p fallit q; tr iumphi & eo um
Hoc mare teſtatur victrices orbita calles
At veterẽ hoc lignum legis dulcavit abyſum
Bis petram excudit vivam produxit et undam
Namqve amalecha nam dev icit primitus irã
Signum hujus pari ter nom en delevit & illi
Botrum hoc vecte p ium ren ota vexit uterqve
Vectorum votis et ovanti bus omnia laudant
Dona dei terris hi s gaudi a in eſſe epularum
Qvis bene miſteri a dicit vel dicere cuncta
Rite valet crux donat vacui non ſatis omnis
Lingva creaturae poterit de promere laudẽ
Hoſtia te patris aeterni dedicaverat aram
Vitae ſerpentem exaltaſti et tu pie chriſtũ
Monſtraſti populo dete et qvid dicere poſsũ
Cuncta bona dederas demebas et mala cuncta

Nobilis ecce micat f l o s r egis nomine pictus
Atqe notis signant victoris facta potentis
Cornua laeta cruciste ri no sic condita versu
Qvae numerant sex insigni qvater arte monades
Perfectumqve decus o s tendunt rebus inesse
Omnib: Omnipotens qvas condidit atq: redemit
Clara dies illa est q a c onditor omnia finxit
Non minus haec lucet d o ctor qa cuncta beavit
Tum bona cuncta bon. co n plevit facta creator
Nunc pie cuncta piuso p era benedixit amator
Qvattuor ergo plagas l audat senarius orbis
Sex micat innumeris p e rfect: prim: et ipse est
Dividit ipse diem tot u m constringit et ipse
Anni mensisq: bis sext i lis atqve qvadrantis
Hic numerator adest a t tollens tempora nutu
Saecula fine capit et c laudit limite mundum
V itam perpetuam tunc r egna et lucida ducto r
Dat super astra piis d i mittens debita vul tu

I n de r e consignans ie s us pia procmia s c ist u

Ex o mni mundo his qvos t ant ad dona corusc a ns
C onduxit fidei lux vi v us et indidit haustu s
Verus amor decorat ju s ti beat atq; opus almum
Ergo plagis orbis con s ignat ab omnib: ast hic
Ad positus numerus en u ndiqe pergere plebes
Ad crucis auxilium p i a numina poscere jesus
Perfectumq; decus per f ecto dogmate discant
Perfecta fidei qvod f a cta benigna seqantur
Omnia nempe deum veru m hec testantur ubiqve
Perfectum perfecta q i dem formanda decorum
Qvae vertigo poli tor n at qve condit olympus
Qvae mare qve tellus q a e coeli continet aula
Ast qvoqve nos homines n rebus porcio parva
Rite crucem cantu sal v antem et voce sonemus
Qvi bene nos fecit qviq: auxit qviqve redemit
Carmine et in celebr i c r ebros cantem: amores
Qos satis ipse opere sacro et tutamine nobis
Jam impendit sva si c ju s s it ostendit amavit

Arbor odore potens f r o ndoſo vertice lata
Qva ſumma vere ſacr o u f luit ordine bertas
Ortus ditatus et pa r c u i nullus in orbe eſt
Floribus et foliis m i l leno germine dives
Omnes excedens alt a s g ravitudine ſilvas
Cum totam pie magnus v e ſt i t h onorq; decusq;
Ambit verus h onorla c t us loq vitur ea voto
Stans homoli vor hoc n a c i o ni denegat atri
Demonis horrendus r e m ſciri laude moveri
Arbor ſola tenens v a r i os virtute colores
Purpureo regis ſub t a c tu roſcida fulgens
Aeter n o e s radio ſt a n t intenamp i e v incte
Edest u r r itaeexho c d u dumeſtno n n e beata
Machi n a e t ipſa dei ara et qvi uſi t s u prema
Lar ho c n e eſt et mira lucerna hoc o c l atota
Agn;ho c s t atuit ſignans qoqve ri t e v iando
Vera s a l u s iſt a qvodverus fons bo n i tat i s
Eſt b e n e d i ct i o q: ſacravit amorp i e t asqve
S a n ct a ſ a l u t i s lux et vita redem p t i o vera
Inq: do m u p rinceps donum dat paci s i n orbem
Juraq: a m i ciciae hinc firmavit d e p o ſuitq;
Afsci t a a ntiqvi niſusq: texit ie mvmo rscũ
Inlec e b r ilusu cir c a i gnemnoxi a e n imſic
Pella x d e cipit et ſ o c o rdem ubi i n q i etato
Conſpexit voto iã a r r i dens vinxit aperto
O tu crux ſpecioſa o p i n us pulchrior omnia
Qvae vincis nemora o c a edris altior ipſis
Monſtras nam enumor o r adi a n ti dona beata
Adventu jeſu s qv a e i n t us pro bus ocia nutu
Is tulerit da bat i i s ſ e b e a te cum pie venit
Egrediens ulva huc e t b lando numine ſemet
Signavit coelos te r r e na et condere regna
Ut dudum ſancti lin g v a cecinere profetae
Fecerit hic celſa d o c t or dum condidit ima
Imperiũ inq: humeri s t a nto ſit qod pie regi.

Chriſtus ſalvator criſtus rex arce ſerenus
Conſilium virtus magna et benedictio lumen
Patris divina proles certe trahit omne hinc
Jus ortum factura fabrum moſc a ſtus . honorem
Hinc qve bonum qvicqvid verumm i rumqe videtur
Juſtitiae qvitqvid arce qvi c qvid manet orbe
Qvicqvid rite probat et pr o fert ordine mund:
Angelus atq; bonus qae nam ſuffert et iniqvus
Sunt hinc qvodqe de us v a n um dejecerat ex hoc
Saeclo jus revocans en omnia criſtus honore
Co n pleɛtit dominas conſignat munera n u tu
Hinc decet ut genus humanum & luminis ex ſul
Noret hos radios qvos erigit haec benedicta
Crux ſalvans et reddens qemjam prim: habebat
Ecſortem lucis nocuus qvo absſceſſe r at adam
Qot qotiam radios ver e en iſtos celebra dant
Perpetua lucis fulgeſcunt ſorte crebroqve
Hoc candore ſatis micuerunt arma prophetae
Grex et apoſtolicus decoratur luce coruſca
Hocq; fides chriſti candet hoc ſole relucent
Corda bene hominum vota qvo lumine gliſcunt
Juſti pollentes per miſtica ſigna bonumqve
Conic i e nt radium mandatis credere o bipſum
Et tribuunt populis cum jura ſuperna notare
Adſcribunt chriſto conſorcia ducere vitae
Chriſtus rex dominus divinus munere ſummus
Scandens alta crucis en robora fundit: in hoc
Iſtam tunc ſpecie: pl amt ando pandere cael os
Tradidit et volvit grat o sconqvirier illi
Ergo qvater ternos a ba q va r ümet limite mundi
Hoc ventos in cal i ecr u cis benedixerat ipſe
Signaq; biſſena princeps ſt i pando gubernat
Ac duo denaſ vi s orien a plaga ſuſcipit horis
Traɛta dieiſ p acien h i s ſecci o tota laborat
Omnia nam cr i ſti crux gloria ſe n ta reſolvit
Ipſaq; ſanct a poli ſtans gaudia j u raq; terrae
Prop onit ſ ignat laud a t probat ip s aqedonat

V.

Crux rogo sacra Dei signa mihi numine pect:
Laudibus ut clara cantem tua rite tropaea
Qvomodo terrenis ab caelis foedera ducas
Pactum confirmes et loeti vincula rumpas
Qvos agmen apostoli cum mtu martyrum et ordo
Jure domus xri posuit qvo s culmen in ipsum
Condistis ima plebs alma est voce reperta
Sancta salutaris et crux fundamine summo
Insita constructa cruci fixi robore fixa
Qvae uere humanũ genus ad vitam dedicavit
Firmataque columna exito stendere philax
Aeternam per se paradyss o surgere formam
Tegminis et aulam sponsi justi qvoq; regis
Criste trophea nova mox ju re cruore viaqe
Erigis in mundo qvod justi foedera servet
Spernat damnatum vincat pietate dolosum
Cui favor atq; timor vit: ac palma corona es
Inclutacrux domini Xrifundamen et aulae
Pulchriores toto vernanti floribus arvo
Celsior ac cedro pario et preciosior albo
Qvadratas jungis in firmo tramite petras
Et ritu patriarcharũ jus plebs qve priora
Fundamenta trahit in fundo domatis omnis
Qvae bene devota corda sc it dogmate primũ
Vincire tectum regnaant verba prophetae
Conplucrant vivam imperiis aulā pie regi
Utcristo jā formasse nt in scammate crito
Omnis namq; simul scandit obnomen ad astra
Haec aula jesus ad laetum fulminis arcton
Et voce firmata viget bon astructio vitae
Junctio signat dath a eco mine jussa meare
Qva via dux ducit ad lucis sceptra tenenda
Qvos templo dedicat laeta bona mansio xri
Qvattuor atq; crucis auget cum rupib: istis
Perfectam qe domum deducens angulus ipse

VI.

At nunc vos cantate novum benedicite criſto
Plebs cantum dilecta deo ſanctiſſimus ordo
Pſallite novaliis vosmet imitabile carmen
Inmortale decus caeleſte hoc ante tribunal
Ante qvater ſaenos ſeniores qvattuor atqve
Diverſae formae ante animalia jure ſuperna
Primiciae chriſto inmac ulato numinis agno
Atqe deo vero immac ulatae et ſortis honores
Eſtis vos emptaeqe cohor tes ſangvinis oſtro
Caelo ex terrigeni scant atis rite tropaeum
Citharis modulans ast u u ltum laude ſerenat
Veſtra manus ſacrav ocib: atria replet ubiqe
Ceu voces tonithru f nsi s clamoribus aetram
Tanqvam et multarumva ll es vox replet aqarum
Lingvaqe veſtra doli i gnara nec novit iniqa
Ante thronum dominiſ c itis ſed dicere digne
Laudes çarmi na & artatis bene hicve parati
Perſig na qvaen on ſpernit ve ster gre mio rex
Nm.hoc ullus diff udit du x ni ſolus et auctor
Inderi ſo famine qvi hoc modo ſplendid a donar
Munera cantat e hinc illi prob us ordo piiqve
Virgineo inhabitu ma r es qoq. femina lactans
Infans atq: anus parit e r juvenesqe ſenesqve
Qi non pollut eſtis ne xu umqam mulierum hic
Qa propter jam ibis u bi i ustis praemia donat
Omnipotens pergit j eſus qvo virginis agnus
In pratis depaſcit o paſc vem rite ſeqventes
Sidera celſa ſuper ovatq ua paſcitis agri et
Nunc jam veſtra cap it vir tutum proemia vita
jure ſtolam qvam vir ginis en res attulit unam
Nempe aliam in fine agnus cum corpore reddet
Paſcite poſco crucis vosmet per ſigna beata
O populi turmae plebs agmina turba cohortes
Qvi ſuper aſtra locum ſedesq; tenetis in arce
Qvod nobis veſtra laus rex et conferat agnus
Praemia laeta deus cum ſanctis luce ſuperna
Audire ut liceat vestrum per ſaecula cantum.

Lex qvoqve vera dei v inc enda eſt ſorte beata
Ecce crucis criſti qva ſolvitur orbis ab ira
Ducitur ad vitam po r t u m c apit atqve qvietis
Arvigenae primi lapſum poſt naufragus ipſe
Nam qvia per vetitum mors vicit noxia lignum
Et genus humanum f e r a l a t e abſumpſerat omne
Faucibus a mortis per lignum tolleret ut hoc
Jure crucis placuit reparanti ponere palum
Dire qvodqve atro x ma d id o glutiverat alvo
Evomeret ſicco lueret qi hinc debite poenas
Invaſit rapuit dominatum qvod male trux fur
Id voluit ſignare m od i s i n dogmate ſcriptis
Teſtamentorum deus auctor opus crucis ipſe
Praedixit docuit ſeſe et conpleſſe fatetur
Magnipotens cruxh i n c i d eo ſe tota coruſcam
Excip e r e i n l u cem monſtrat da t ca l l e d icato
Rit e faros juſti s ſe c u n ct a per aera te ſt a n s
G entes ac populos adc e lſa et provocat aſtr a
E x e pm t os n ot a tetno c t i soratu al a cre ſc it
N on parvum facere hin c et regni ducit ad alt a
HO s te fit expulſ o v i ct r i x n ec fallit in a r te
Sed ſo l umg en e ris dominans mi r ac u l a s i ſt i t
Omnia regna ſibi pr o pte r ſua dona miniſtrat
Devota et placida manſveta qvieta redempta
Qvot habet en ligvas orbis et jura loqvelae
Hoc numero ſignat a d i t um v enientibus atqve
Tramitis hoc pandit ſalvator diſcipulorum
Nam octies ut novies variet os dicitur orbis
Hincqve novem pie r e l l i q v ias in luce beatum
Spiritum datur octava ut ſupplere creator
Vellit rite die hoc et claudere ſaecula fine
Omnia namq: orbis ſ c el e r a c onſumpſit in ipſo
Flammivomo crucis ardore paciendo creator
Sed tamen ex carnis parte aſt divina reluxit
Natura inſcri p ta ſ o b r i u m produxit et ortum
Legem nempe ſuam crucis ordine fecit amatam
Jure levem ſvavem et ſ c a ndendi munere ditem

Omnipotens virtus summa sapiencia christe
Ornans qvi toū arce crucis dominus pie mundū
Dispensasqve tuis sanctis pia dona salutis
Namq; qvadriga piis bene cornib: apta qvatnis
Virtutum pandit seriem dedic ante triumpho
Victoris regis ostendens sangvine cunctas
Proficer ac speciesfructu pietatis in orbe
Est virtus habitus animimorum et decus omne
Nobilitas vitae racio et moderatio lingvae
Qvae crux alma piis justa das laude probanda
Cuncta simul placit ode promis singula voto
Sancta tua docuit tenerum prudencia mundum
Exte justicia benefervens spernere gaudet
Terrorem zabulis candit benedictus a morre
Ad pia consilia mentē aufert fraude voratam
Undae carnalem poterit vim ettolle repugnā
Vi tota nisur orti hinc qvoqe adinclita vis u
Ad tendit adversa ferens it cum ipsa vetando.
Pesti fera vetit a scelerum cum noxia caedi s
Ostendens et psallere jā bona tempora posse
Signa dei scire & mandata edissere re acspe
Et facto rm cem conqvirere hinc modo sanctos
Ar recta eqe aures caelestibus optima digne
Condu cant qvod dona parentet germina ruris
Efoliis fructus corro taqvesqvalida rite
Vimina succendant et regia fercula promant
Hos ergo fructus pietas sacratissima sevit
Gracia purgavit parient ia & arte probavit
Pactum conjunxit et lexpatris alma rigavit
Produxit bonitasn ā vivida gramina christo
Sacravit cultus et laus constantia cunctos
Fulcibat culmos novagrana per omnia virtus
Jam humilis condit nutritq; modestia plenam
Inspica frugē dat per se verancia fructum et
Tēpore maturum candentem concite christus
Tum crux per te justitia pro pe numine viso
Mittens jam falcē concludet in horrea messē,